M

Opiniones
IN IVRE COMMVNES,
SECVNDVM ALFABETI SERIEM COLLECTAE

per

Eccellentiss. ac Celeberrimum Iureconsultum D. Ioa. Baptistam à Villalobos Toletanum collectæ: Cunctis tam in Scholis profitentibus, quàm in Palatijs versantibus apprimè vtiles, necnon necessariæ.

Cum Priuilegijs Illust. Senat. Veneti, & Pij IIII. Summi Pontificis per decennium.



Vincentius Luchinus Bibliopola Romanus excudebat.
VENETIIS, M. D. LXI.

PIVS PAPA IIII.

MOTV proprio &c. Cum ſicut accepimus: dilectus filius Vincentius Luchinus Bibliopola in Alma urbe noſtra commorans, ad cōmunem omnium ſtudioſorum utilitatem, ſua propria impenſa quamplura opera in iure ciuili & canonico & diuerſos libros Græco, Latino, in Italicum & alios ſermones & econuerſo translatos, & per commiſſarios & inquiſitores approbatos, hactenus non impreſſos imprimi facere intendat in hac Alma Vrbe, ſiue Venetijs, uel Lugduni, aut ubi illa commodius imprimi facere poterit: nō mediocres, quinimmo maximos ſumptus eum ſubire oporteat atque labores. Dubitatq; ne huiuſmodi opera & libri poſtmodum ab alijs impreſſoribus & Bibliopolis abſque eius licentia imprimantur: quod in maximum eius damnum & præiudicium tenderet. Nos propterea eundem Vincentium ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequen. & eius indemnitati conſulere uolentes, motu ſimili eidem Vincētio nequis opera et libros prædicta, neq; eorum aliqua per ipſum imprimenda, per decem annos poſt impreſſionem dictorum operum & librorum a quoquam ſine ipſius licentia imprimi, aut uendi, ſeu uenalia teneri poſſint concedimus & indulgemus: inhibentes omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus ubiq; exiſtentibus,

& præsertim Bibliopolis & librorum impreßoribus etiam Almæ Vrbis nostræ huiusmodi ac per uniuersum terrarum orbem constitutis, sub excommunicationis latæ sententiæ in terris uero sanctæ Romanæ ecclesiæ mediate, uel immediate subiectis, etiam quingentorum ducatorum auri et insuper amißionis librorum pœna, totiens quotiens cõtrauentum fuerit, ipso facto & absque aliqua declaratione incurrenda pro una eidem Vincentio loco damnorum, & pro alia partibus Cameræ apostolicæ applicandis: prout nos ex nunc prout ex tũc applicamus intra decenniũ ab impreßione dictorum operum & librorum respectiue computan. dict. opera & libros sine eiusdem Vincentij expreßa licentia dicto decẽnio durante imprimere, uendere, seu uenalia habere, & ad nundinas, seu ut uulgò dicitur ferias transmittere audeant, uel præsumant: Mandãtes uniuersis ueneralibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, eorumq; Vicarijs in spiritualibus generalibus in statu temporalis sanctæ Romanæ ecclesiæ etiam legatis & uicelegatis sedis apostolicæ, & ipsius status gubernatoribus & aliis ad quos spectat & pertinet: ut quotiens pro ipsius Vincentij parte fuerint requisiti, uel eorum aliquis fuerit requisitus eidem Vincentio efficacis defensionis præsidio aßisten. præmissa ad omnem dicti Vincentij requisitionem contra inobedientes & rebelles per censuras ecclesiasticas, etiã sæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate apostolica exequãtur, ac inuiolabiliter ob

seruari

seruari faciant. Volumus autẽ & apostolica auctorita te decernimus quòd præsentis motus proprij trãsumptis & exemplis etiam in ipsis operibus & libris impreßis plena & eadem fides prorsus ubique tam in iudicio quam extra habeatur quæ præsenti originali ha beretur. Quodq; præsens motus proprius in Acie cãpi floræ, et in ualuis Cãcellariæ apostolicæ huius Almæ urbis affigatur, & ibidem per affixionem publicetur: & sic affixus & in ipsis operibus & libris pro tempo re impreßis, impressus perinde arctet omnes quos tangit ac si eisdem personaliter intimatum foret. Et quòd præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat & ubique fidem faciat in iudicio & extra: regula nostra in contrariam ædita non obstante. Non obstant. apostolicis ac in prouincialibus & Sinodalibus Conci liis æditis generalibus uel specialibus constitutionibus & ordinantium statutis &c. etiam iuramẽto &c. roboratis cæterisq; contrarijs quibuscunque cum clausulis oportunis & consuetis.

Nomina librorum, uidelicet imprimis opiniones communes per ordinem Alphabeti per Baptistam de Villalobos collectas &c.

Placet motu proprio .I.

✠

PRIVILEGIVM ILLVSRISS. SENATVS VENETI.

HIERONIMVS *Priolus* Dei *gratia* Dux *Venetiarum &c. uniuersis & singulis Magistratibus, & officialibus urbis huius nostræ* Venetiarum*, nec non* Rectoribus *quarumcunque terrarum, & locorum nostrorum, cæterisque ministris, & representantibus nostris, ad quos præsentes aduenerint; fideli bus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Significamus uobis heri in consilio nostro rogatorum captã fuisse partem tenoris infrascripti: uidelicet, che per auctorità di questo conseglio sia concesso al fidel* Vincenzo Luchino *libraro in* Roma*, che niun altro che lui, ò chi harà causa da lui: non possa per anni dieci stampare, ne fare stampare, ne altroue stampata, uendere in questa* Città*; ne sotto il dominio nostro l'opeà intitolata* Opiniones *in iure communes, sotto pena di ducati ducento, & di perdere tutti li libri, della qual un terzo uada alle cose pie, l'altro al'accusatore, & l'ultimo al'uffitio che fara l'esecutione: essendo egli tenuto presentar la prima stãpata alli* Proueditori *nostri de commun per farli limitar il pretio, & osseruate tutto quello che è disposto in materia de stampe.*

Quare

Quare auctoritate supra dicti consilij mandamus uobis ut supradictam partē obseruetis, & ab omnibus obseruari faciatis. Dat. in nostro Ducali Palatio. Die 18. *Nouembris. Indictione iiij.* M. D. L. X.

ANTO. AVGVSTINVS
EPISCOPVS ALLIFANVS
Bapt. Villalupio. S.

LIBRVM, quem communium opinionum inſcripſeras; quod mihi & argumentum ualde placebat, & opus ipſum magna diligentia abs te conſcriptum, multum in iudiciis auxilii tam iudicibus, quam aduocatis allaturum eſſe uidebatur; in vulgus ædendum Vincentio Luchino meo dedi. Neque enim mihi oportere uidebatur diutius domi continere, quod tam multis eſſet adiumento futurum. Odi autem id genus hominum uehementer, qui & ſuos partus ſuffocant, & alienos in domeſtico carcere includunt, & pænè in ſepulcro condunt; non minus, quam eos, quorum opera & ipſis, & cæteris tam deeſt, quod habent, quam quod non habent. ut illos omittamus, qui aliena pro ſuis uenditant, in quos lege Fabia agi poteſt. Quod ſi bene de genere humano merentur, qui ita uiuunt, ut patriæ, parentibus, & amicis, atq; cæteris hominibus, quod in ſe eſt, præſidio ſunt: qui hęc multorum adiumenta detrahunt, uti male de humano genere meritos ab omnibus explo

di

di oportet. Tu igitur fruere hac gloria, mi Baptista; qui, cum receptas has sententias, in quas celebres Iurisconsulti conueniunt, uideas per te fieri omnibus communes; ut facile sit cuicumque hoc libello accepto, quid de quaq; re ab interpretibus iuris recipiatur, indicare: tum tibi omnes facilè hoc beneficio deuinxisti. Iam uero, quæ addidisti ex legibus Regiis Hispaniæ Vlterioris sumpta, sunt quidem a tuis maximi muneris loco libenter accepta. quod uerò indies maiora animo concepisti, ea non solum abs te omnes expectant, sed etiam flagitant. in quibus hoc etiam est, ut hæc ipsa multo fiant tua diligentia pleniora. uides enim latius patere hoc argumentum: cum non potueris: quis autem id posset: omnes omnium bibliothecarum libros iuris utriusque euoluere? Interea tamen & hæc ipsa libenter accipimus, & quæ polliceris, auidè expectamus. Me quidem certè habebis semper omnium rerum tuarum beneuolum fautorem; quippe quem uel de hoc libri tui munere, quo me ante aliquot annos donasti, multum amare confitear, ac præ me feram. Vale Calendis Februarii. 1561.

Ad Lectorem

SI non ignorare cupis benigne Lector, quorum auctorum vestigia in hoc tã utillimo, & grauissimo opere, sequutus Auctor fuerit noster: & quorum sententias, communesque opiniones sparsim celeberrimorum Iureconsultorum, & ueterum, nec non recentiorum, lecturas, atque responsa percurrendo, in unum, opusculo hoc congesserit: hic non ab sonum, apponi eorum si non omnium nomina, pleraque saltem, fore duxi. Vt etiam auctori ipsi innumeres grates persoluere omnes non desinamus propter ingentes quos pro communi omnium utilitate, sumpsit labores: qui ad praxim ipsam omnia spectantia flóscula, (ut toruo non intuenti oculo uidere fas erit) ex tam uasto, & amplissimo campo lecta nobis obtulerit. Vale.

AVCTORVM NOMINA
SEQVVNTVR.

Albericus.
Angel.lect.Const.& 7.de malefic.
Alexan. lect. & Const.
Albert. brun.
Afflicta decis. & super Constit.
Abbas Panor.
Antonius de butrio.
Alciatus.
Antonius nicenus.
Antonius de tremo.
Antonius corsectus.
Antonius de fano.
Aymon grauetta.
Anton. rube.
Aufrerius decis. tolos.
Andreas Tiraq*uellus.*
Bartolus.
Baldus.
Balbus.
Boerius.
Bellonus.
Bertandus.
Barbatia.

Baldus

Baldus nouellus.
Baptista de sanc. Blasio.
Bartolomeus Soccinus.
Cinus.
Corneus
Cumanus.
Cœpolla.
Cassaneus in Consuet. burgu.
Carolus de grassatio.
Couarrub. resolut.
Curtius senior.
Curtius iunior.
Cardinalis zabbarella.
Caßiadorus decis.
Calcaneus.
Dinus.
Decius lect. & consi.
Dida de segu.
Fulgosius.
Florianus.
Fortunius garcia.
Fellinus.
Franciscus aretinus.
Ferdinandus de loazes.
Gemiñianus.
Gozzadinus.
Gomeßius.
Guido papa decis.

Gulielmus

Gulielmus mainerius.
Gulielmus de Benedictis.
Gigas 7. de pensionibus.
Hostiensis.
Henricus broich.
Hypolitus de marsilijs.
Hieronimus Cagnolnus.
Herculanus.
Ioannes Andreæ.
Innocentius.
Iason.
Isernia.
Ioannes de Anania.
Imola.
Ioannes monachus.
Ioannes igneus.
Iacobus butricarius.
Ioan. Baptista de sanc. Seuer.
Iacobinus de sanc. Georgio.
Ioannes maurus.
Ioannes lupus.
Ioannes duran.
Ioannes de garo.
Ioannes Nicol.
Ioannes Crotus.
Ioannes de selua.
Ioannes Corastus.
Ludouicus Romanus.

Lamber-

Ripa.
Speculator.
Salicetus.
Sebaſtianus uantius.
Stephanus de ſedericis.
Signorolus.
Sanctus Thomas in ſumma.
Thomas ferr. in Caut. Cæpol.
Zaſius.

Opiniones
IN IVRE COMMVNES,
SECVNDVM ALFABETI
Seriem collectæ per Eccellentiſs. Iur. V. Conſultum. D. Baptiſtam à villalobos Toletanum.

1 ABſens cauſa reipublicæ reſtituitur ad appellãdum Fran. de are. conſi. 160. num. 7. communem dicit.

§ Concordat cum hac communi, l. x. ti. xxiij. part. 3. & cum hac l. & communi concordat l. fi. C. de reſtitutione in integrum, quæ videtur limitari per l. is qui rei publicæ cauſa. ff. ex qui. cauſ. maio. cum abſens dimiſit procuratorem qui illum indefenſum reliquit: quia tunc non reſtituitur, quod planè eſt contra tex. in l. ſed etſi per Prætorem. §. hæc clauſula. ff. eo. quas, ll. concordat gloſ. dicens l. is qui. habere locum, quando procurator eſt ſoluendo, altera autem cum non ſit ſoluendo, quam ſolu. Io. Mau. de reſtitu. in integrum, c. 352. repellit: Et concludit. quod ſi abſens dimiſit procuratorem idoneum qui non appellauit; reſtituitur, ſi aũt non

erat idoneus non restituitur. quas solutiones nostra comunis opinio & Aret.non tenent. Alias dicunt indistinctè restitui, & l. 10. vltra id videtur innuere quod si dimisit procuratorem non sit necessaria restitutio: sed quòd oportet appellare infra decem dies post aduentum. Vt aliquid ob rempublicam tribuatur. cum generaliter dominus qui propter negligentiam procuratoris fuit grauatus in non appellando, si procurator est nõ soluendo: restituitur vt appellet. secundũ glos. Bar. & Bal. in l. i. §. fi.ff. quando appella. & Fulgo. in l. i. §. si procurator .ff. si quis ius dic. non optem.& Sali.in authe. hodie .C. de appel.quos refert Ias. in d. §. si procurator. num.13. vbi ponit regu.& limit. Et nota omnes istas opiniones vsque ad num. 8. pro intell. d. l. x. & l. xviij. tit. xxix. par. iij. & vi. Io. Mau.a.c. 332. vsque ad c. 352. pro intel. dictarum legum.

2 ¶ Effectus istius restitutionis operatur quod subducatur de medio tempus absentiæ, vel impedimenti; Balbus de prescri. part. 6. q. i. casu. 22. num. 26. communem dicit.

3 ¶ Restitutio ista debet peti infra quadrienium & terminari l. superuacuam .C. de tempo. in integ. resti. & currit a tempore læsionis completæ completa maiori ætate. vel postquam cessauit impedimentum, & sic finita prescriptione, ante tamen non currit quadriennium, Balbus ibi nu.27. communem dicit.

4 ¶ Quadriẽnium autem licet sit asignatum ad petendam restitutionem post completam læsionem: tamen si læsio sit per minus tempus restitutio est postulanda. post lapsum illius temporis, vt sunt decem

decem dies ad appellandum, infra illud tempus debet peti: vel si per vnum diem fuerit impedit⁹ causa reipublicæ restitutio est petenda infra illum diem; Balbus in d. q i, num. 28, communem dicit.

5 ¶ Tempus istud quadriẽnij licet sit in prosecutione continuum: tamen a principio est vtile, & sic non currit nisi a tempore scientiæ, vel potentiæ petitionis. Balbus de prescr. in 6. par. q. i. casu 22. nu. 28. in fine communem dicit.

6 ¶ Fallit in æcclesia; quia semper tempus est vniforme: idest quadrienium licet læsio sit minoris temporis. Idem ibi eo; num. 28. in fine communem dicit.

7 ¶ Tempus infra quod causa restitutionis est terminanda, semper est vniforme: id est quadriẽniũ a die petitæ restitutionis. Idem num. 28. communem dicit.

8 ¶ Nota quod absentibus causa reipublicæ non ita fauetur, sicut minoribus: quia minores restituuntur ad integram causam; absentes autem solum adj appellandũ: Tiraquel. de vtroq; retra. de retra. ligna gier. §. 35. glos. 4. nu. 46. cõmunem dicit. Nota tamen quod licet in hoc magis fauetur minoribus absentibus, tamen milites causa reipublicæ rrstituuntur ipso iure; minores autem subueniuntur petitione restitutionis, Bar. & alij in lege i. C. de iur. & fac. igno. & Ias. cons. 159. vol 2. quod etiam facit pro intel. d. l. 10. & 18. de d. Ias. meminit Tiraquel. in d. §. 35. glos. 4. num. 50.

9 ¶ Amplia istam communem quod in tantum est vera: quod si currat longissima prescriptio: nihilominus competit restitutio infra quadriẽniũ.

Tiraquel. ibi num.47. communem dicit de hoc
ui. in vers. restitutio infra.

10 ¶ Absens quando potest condemnari secundum formam statuti in causa criminali, potest & procurator interuenire, Angel. in l. pe. §. ad crimen ff. de publi. iudi. Falle. 9. communem dicit, quem refert Augu. in addit. ad Angel. de male. in verbo qui iudex videns quod inquisitus in addit. incipienti tu autem in hac materia. Sed Alex. consi. 116. vol. 2. magis communem dicit contrariam quod non potest admitti.

* § Vt possimus deuenire ad aliquem intellectum l. regni. nota quod absens de iure ciuili non potest condemnari l. in absentem ff. de pæn. & l. absentem C. de accusa. pęna maiori relegatione, exceptis tribus casibus, primus faciens aliquem spadonem l. cornelia §. cōstitutum ff. ad l. cornelia de sicca. secundus, repertus in venali perfidia apparitor in l. ne diu C. de pænis. tertius, in crimine læsæ maiestatis, per constitutionū Henrici, quos refert. Hypolitus in l. cornelia §. constitutum numero 7. & Cæpol. in consil. 49. num. 8. in crimin. Et in istis verificatur nostra communis, vt per Hypo. in d. §. constitutum et Cæpo. in consi. 49. ex quibus stante l. 9. ti. 2. li. 3. ordi. et l. 2. ti. 17. li. 8. et pragma. fi. complutensi de iure. Regio cū per predictas ll. absens de quocunq; crimine potest condemnari, etiam si pœna sit capitalis: videtur quod indistinctè in omni causa criminali intentata contra absentem potest interuenire procurator. Sed contrarium tene. per l. 7. ti. 9. par. 3. ibi el mismo por su persona relatam in d. pragma. 201. c. penul. compluten. vbi innuitur
in

in causa criminali non posse interuenire procuratorem . pro absenti : bene tamen interuenit excusator proponens causas absentiæ : vt habetur in d.l.7. ibi no viniere en su persona delante el Iuz Gadoz a estar derectio o Enyare mostrar escusa derectra.por que no pudo venir .de quo per Ang. de malefi.in verbo Iudex videns quod inquisiti. vers.quero an talis bannitus & hic ad excusandam absentiam , vel contumatiam l.pe. in fi.ff. de pub. iu.l.i.ff. an per ali. cau. ap. dequo per Bar.in con. 100.et vi.Corn.con.fi.li.3.et con.122.li.4.et Dec. con.429. et nota tex.in l. seruum quoq; §.publicę de procura.ff.quod quilibet non tanquam procurator . sed tanquam quilibet pōt interuenire ad defendendum absentem, vel eius innocentiam. Et istum tex. ad hoc not. et sic illum intelligit Caro. mol.in addi. ad Alex. consi.116.vo. 2.in ve. procurator.. Ex quibus dicuntur duę differentiæ, inter ius cōe et regni , in d.ll. prima quod absens in causis criminalibus etiam maioribus relegatio ne condemnatur. Secunda. quod non admittitur procurator,licet in hoc sit cōformis legi cōi vt p Alex. in d.con.116. Erit enim tertia quod contumax fictus ęque punitur , Sicut Verus. ibi faciendo pregonar en aquel lugar do solia morar el em plazado y si morada no le Allaren deue ser pregonado alli do el hietro se hizo . Pro quo est notandum quod sententia non valet contra absentem non verum contumacem ; vt quia non fuit inuentus personaliter . l.eaq; .C.quō.et quando iudex. quia vera cōtumacia non dicitur etsi facta sit citatio ad dom um , vel in valuis ecclesię : nisi probetur noticia citationis sm. Ange.in l.1.§. biduum.

ff. qñ appel.sit,et per Io. de Ro. de. 48. in nouis. quia ēt si citatus ad domum, presumatur sciuisse citationem: sm̃ glo. in l.si legibus.C. de episco. audi.non tamen dicitur verus contumax. Inn. in c.fi.de eo qui mit. in pos. et Feli.in c. cum sit romana. de appell.quia fictiones non habent locum qñ agitur de incurrenda pęna.Io.An.in c. cogno gnoscētes de const.et Iafre.de.3.Quarta quia cũ secundũ opinionem docto.licet verus contumax non possit appellare: fictus tamen appellat secun. gl.cōiter approbatam in cle.i. de dolo.et con. vt per Imol.ibi de quo per Bar.in l.fi.C. de in inte. resti.et Bal.in l. non eo die.C. qñ prouo.non est necesse.et glo.in l.i.C.qñ appel.non reci. et Bar. in l. & post edictum §.fi.ff.de iudi.& in l.properā dum .§.& si quidem.C.eo.ti.& Inno.in c.i.vt lite non contestata &gl.in c.non solum de appel.in 6. & Ange.in.§.i.insti.de obli.quę ex deli.nascun.& Io. de Imol.in con.126. De iure autem regio fictus contumax de quibus in d.ll. nō appellat' quia in dictis legibus contumax habetur pro confesso quę verba sm̃ Pet.de Anch.in repe.c.i.de cōstitũ. & Bar.in l. omnes populi .ff. de iusti. & iure & Imol. in l. insulam ff. de verb. oblig. & Alexā.& Aret.in c. at si clerici de iudi.nu.19.post Bar.in l. obseruare quorũ. appel.non reci.C.important ꝙ contumax non appellet licet Bal.in l. ita demum in vers. restat nunc videre nu.6.C.de procura.teneant contrarium . Et Nellus. in trac.banni.in 4. par.i.tempo.in.i.q.& alij quos refert Ludo. carr. in repe.d.l. obseruare nu.37. Sed tamen primam opinionem tene.& ita obseruatur.tũc etiam quia in dicta .l. complutensi datus est ordo si compareat

reat infra annum quod audiatur : & Iudex de innocentia absentis debet inquirere . & tenetur vt per Fran.de are. conf. 146.etiam publicatis atestationibus ad defensam absentis potest testes recipere vt per Bar.in l. 4 .§. hoc autem .ff. de damno infecto & in l.2.in fi.ff.de quæsti.& Bald. post Bar.in authen. atqui semel.C.de proba. & Doct. in ca. fraternitatis. de testi.& Ias. in l. si quis .C. qui testa. face.possunt . num.7 .etsi inuenit eum sine culpa:est absoluendus . vt eleganter dicit Bar. in conf.100. quem refert & sequitur Hypo. in l. i §.si quis nu.71 .ff.de quæst.vbi cōgerit plures alios idem tenentes : Et idem disponit dicta pragma. a contrario sensu , ibi si por el dho proceso parcaerc. quæ ay prouanca vastante para le condepnar Et ad intel. d. pragma. nota dictum satis notabile quod fugiens si sponte reuertitur, omnem suspitionem criminis purgat l.i.C. de rece. re. non enim dicitur recessisse habens animum redeūdi .l.quid.si fugitiuus.§.i.ff.de ædi.edicto sicut nec auis quæ ex nido euolat , breue reuersura , recessisse dicitur . Bar. in l. i.C. de ser. fugi. Et habuisse animum reuertendi præsumitur qui infra annum venit . per d.l.i. & .c. cum contumacia de hære.in 6. & ob hanc causam licet inducat semiplenam probationem fuga contra fugientes : tamen si sponte reuertitur in totum diluitur . vt, tenet Corasi.in l. admonendi num. 75 .ff.de iure iuran. Et plus dicit Ias.in l. admonendi num.90. in lectu.post Bar.in l.raptores.C.de Episco. & cler. quod fugiens de carcere . Si denuo esset incarceratus etiam inuitus quod propter illam fugam non est condemnandus quæ faciunt pro limita.l.

34. li. 8. ti. 18. in ordi. vbi disponitur quod carceratus fugiens de carcere habetur pro factore. & circa dictam l. vi. aliàs 8. limi. per Episco. calagu. in suis regulis in ver. fuga. Item Nota quod ita sunt de substantia. in dicta pragma. bamna, ac tēpora quod si non fuerint ad vnguem obseruata, non potest absens condemnari, & haberi pro cōfesso: & ita in indiuiduo dicunt Bald. & Ias. in authen. quæ supplicatio num. 5. C. de præci. impe. offe. & Alexan. in l. 2. num. 9. ff. de iudi. per glos. in clem. i. de vit. & honest. cler. in uerbo tertio. Et in c. i. de mili. vasal. qui con. est, in verbo tertiam vocationem in versi. seu. & vi. Alber. brunum in tra. de for. & solem. in arti. ex quibus consistant forma vers. 37. fo. mihi 21. & in articulo quando censetur aliquid tradi pro forma conclu. 16. ex quibus si contra absentem de stilo alicuius curiæ obseruentur alij termini in procedendo. vt est in cō postela beati Iacobi. non vendicant sibi locum pænæ istarum legum. Et si post sententiam capiatur absens: audiendus est super omnibus contentis in processu. & sententiam tam in pænis corporalibus, quā pecuniarijs & ita pluries practicaui cum ibi essem iudex maior: præcipue. cum forma tradita a statuto dicatur substantialis. Deci. in cons. 429. num. 5. & de materia dictarum ll. vi. Ange. & suam add. Augusti in tra. malef. in uerbo uidens, quod inquisiti per totum & Hypol. in pract. in. §. postquam a num. 35. usque ad num. 62. & in cons. 64. num. 43. & in cons. 117. nu. 36. & in cons. 134. num. 11. & Cassan. in consue. burgun. rubri. 1. §. 7. in princ. num. 10. vsque ad finem & Ludo. carre. in practi. crimi. in princ. num. 59. cum

alijs

alijs & Iserni. & Mathe. de afflicti. in consti. Neapo. incipienti Grandis. ti. i. in libro 2. & de materia postea quam hæc scripsi reperi. Petrum nuniũ de exequendis mandatis regum, cõs. 15. vbi congerit quatuordecim correctiones iuris communis per d. leges.

Nota circa l. i. tit. 3. lib. 3. ordi. quæ loquitur de non contestanti infra nouẽnium & l. 5. ti. 16. li. etiam 3. ordi. de citato ad audiendam sententiam, quòd contumacia in d. ll. debet esse vera: & non sufficit ficta. vt per Bart. in l. qui. se non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudi. & Ias. ibi nu. 32. item nota circa d. l. i. quòd requiritur quòd dicta petitio sit posita in iuditio parte presente uel procuratore suo. Vt per Anto. in c. 2. de dila. & Panor. in c. fi. de iudi. & in tantum operatur ficta confessio in d. l. i. quod pars non admittitur ad probandum contrarium vt per Ias. in l. error. C. de iur. & faci. igno. num. 6. & 7. reprehendentem Alexan. tenentem contrariũ de quo per Franc. de are. cons. 146

Nota etiam quod licet per dictam l. non requiratur sententia, sed hoc est intelligendum uerum quò ad ipsum fictum confitentem, secus tamen quò ad suum hæredem quia requiritur sententia: secundum Bal. in l. 2. C. de eden. nu. 27. quia confessio ficta hæredem non præiudicat. vt tenet Bar. in l. i. de priua. deli. uer. item quæro, & nota etiã quod dicta confessio dicitur iudicialis & solemnis vt tenet Areti. in c. at si clerici nu. 21. de iudi. ex Cino. & Bal. in l. quoniam. C. de his qui nota; in fa. & de materia istius legis uid. Hypo. sin. 27. & Alexand. in addi. ad Bar. in l. transigere. C. de transactis circa tamen l. 5. ti. 16. vi. l. 3. ti. 22. par. 3. & l.

9.ti.23.par.ea; & quod Doctores tractāt maxime Io.de Imol.in l.ex consensu.ff.de appel.& in l.diu us el i.ff de in inte.resti.& glos.in clem.i.de dolo. & contumacia in glos.fi.ubi dicitur quod non dicitur contumax nisi pars apparuerit ad accusandā contumaciam. Et vi.Bal.in.l.falsus. C. de fur.& Alexand.in l.contumacia.ff.de re iudica.

11 ¶ Absentiæ causas volens proponere non requiritur quod habeat mandatum. Prepo. in cap. si quando 2.q.6.nu.21.communem dicit.

22 ¶ Limita hāc communem si uelit defendere tanquam procurator quia tunc non admittitur sine mandato Ias.in l.is qui.nu.7.C.qui testa.face.po. communem dicit.

* § De iure regio habes l.10.ti.5.par.3.et l.5.& 14. li.i.ti.x.fo.ll.de quo per tex. in c.i. de procura. ꝙ coniuncta persona quæ non excedit 4.gradum: & Maritus pro uxore,& socius pro socio, & cohæres pro cohærede, & alij de quibus in d. ll. cum cautione admittuntur: de rato tam ad agendum, quam ad defendendum: extraneus autem solum admittitur ad defendendum cum dicta cautione. Et circa d.l.10.nota vnum quod si a principio egit sine mandato: & lis est contestata,non petita cautione quod amplius per reum non potest peti cautio. quod uidetur contra l.licet de procura.C. cū exceptio falsi procuratoris possit opponi etiam post litem contestatam: ut concludit Alexand.ibi cum reddat iuditium retro nullū, sed tamen pro concordia, dic quod dicta l.10.loquitur cum coniunctus agit pro coniuncto & cōcordat cum l.Pomponius.§.fi.de procu. ff.glos.in c.i.de procura.de quo per Bologni.in addit. ad

Io.

Io.de anna.in cõnſ.104.poſt Cin. in l. inuitus.C. de procura. l.autem licet, loquitur in extraneo agente ſine mandato: & de materia falſi procura toris vi.Io.de anna.conſ.96.& Bologni.in addit.

13 ¶ Nota etiam quod licet maritus poſsit agere. pro uxore ſine mandato tamen ſi ſemel mãdatum recepit amplius non poteſt agere ſine mandato. Iaſ.in l.maritus.C.de procura.nu. 8. cõem dicit.

Accuſari licet pænitentem de delicto, hanc dicit communem Fran.Aret.in cap. accuſaſti num. 5.de accuſa.

Accuſatio,ſicut inquiſitio debet continere locũ, & tempus Aret.in cap.qualiter, & quando el ſecondo.§.debet nu.115. communem ait.

Accuſator quando non perſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam: ſi plures uelint unum accuſare, parte opponẽte, Iudex debet eligere unum, qui perſequatur accuſationem; ſi tñ pars non opponit: ualet iudicium; communem teſtatur idem Aret.in ca.olim nu.10.de accuſat.extra.

Fallit ſi plures conſtituunt procuratorem ad accuſandum, tunc Procurator nomine omnium proſequitur cauſam, ut ipſemet Aret. ibidem cõmunem dicit, & reſpondet ad dictum Bart. in l.pen.§.ad crimen.ff. de publi.iudic. dicẽtis quod quando accuſator non proſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam:non poteſt inſtituere procuratorẽ. Quod intelligit, quando accuſator non ſe deberet inſcribi ad pænam Talionis, ſecus tamen cum per obligationem ſuorum cauſam iam proſequitur. quod nota.

14 ¶ Actio oritur ex pacto nudo de iure canonico. Bapti.de San.Blaſio in rubri.de cre.q.25.diſtin.3.

Alci.

Alci.in cap.cum contingat num.173. de iur.iurai. & Cor. conf.2.uo. i.littera b. communem dicit.

* § Concordat cum hac communi l.3.ti.8.lib.3. ordi.& l.i.ti.ij.lib.i.fo. ll. ubi dicta l. disponit quod absenti acquiritur obligatio facta . cuicumque personæ quæ est contra l.7. ti. ij.par.5. Sed tene dictam l.3. & circa intellectum illius legis nota uerbum notabile Bar. in l.i.§.sublata.ff. ad trebel. quem refert Dida de sequ. in l. filius.ff. de uerbo. oblig.nu.75.quod si ex forma statuti alteri per alterum acquiritur actio : intelligitur de directa; quæ limitat communẽ opi.de notario acquirenti alteri, quod intelligitur de vtili, secundum Alci. in c.cum contingat de iur. iuran. nu.133. & infra in uerbo notarius quam intellige quando statutũ diceret quod transfertur de uno ad alium : ut per Bal. in d.§.sublata & Iason.

15 ¶ Limi. istam communem in policitatione. Fortu.gratia.in c.i.de pactis nume.i 2.in 16. & Alci. in rub.nu.8 .ff.de uerbo.obliga.communem dicit.

* § Vt tironibus satis fiat pollic itatio in hac limit. dicitur cum stamus solum in promissione : ut si prommitterem centum petro absenti, nullo acceptante pro eo anteaquam acceptetur prommissio si reuocetur : non inducitur obligatio. de quo per d.Fortu.in d.c.i. & docto.in Rubri.ff.de uer. ubi dicitur quod postquam pollicitatio est acceptata: iam enim transit in pactum.& hoc uidetur in nuere dicta l.3. ibi . En qualquier Manera que uno se qui so obligare aberte . Cum ex pollicitatione nulla etiam naturalis obligatio inducitur, ut per Bar.in l.si unus .§. pactus nu. 16.ff.de pac. & Alcia.in d. rubri.num.7. & naturalis obligatio

inest ex simultaneo consensu.l.i.C. de pactis.

Aduerte quod in d.l.3.pactum nudum, & stipulatio æquiparantur: & cum æquiparatorum idem sit iudic.glos.in cap:si.postquam de elec. in 6. dicendum est quod sicut obligatus ex stipulatione pænitens non tenetur ad factum; sed ad interesse, secundum communem opinionē ita obligatus ex pacto ut per Deci:in repe.c.i.de iudi nu.20.

16 ¶ Limi. tamen istam communem nisi aliàs obligatio esset facta cum iuramento: quia tunc præcise tenetur ad factum Fortu.Garcia.in d. l. i. nu. 16.communem dicit. & dictus Fortu. per plura fundamenta. stante dispositione l i. de pactis, & d.l.3.concludit non esse necessarium iuramentū ad hoc quod obligatus teneatur præcise ad factū: Et intellige d.l.3.& istam cōmunem quò ad obligationem principalem: secus quò ad accessoriā. ut in fideiussore. secundum Bal.in l.i.in fi.de pactis num.9.ubi dicit fideiussionem factam per nudum pactum absque stipulatione esse nullius momenti.& vi.Dec.cons.93.nu.3.

17 ¶ Nota quod ex pacto nudo geminato oritur actio de iure ciuili. Alci.in rub.de uerbo. oblig. ff.nu.14.communem dicit.

18 ¶ Nota etiam ad limitationem d. communis, ꝙ si policitatio fiat presenti & tacenti, valet:quia uidetur consentire. Alci.in d. rubric.numer. 3. communem dicit.

19 ¶ Actio de dote competit filiæ, & non patri. licet dos sit profectitia quando stipulatū sit dotem traddi filiæ; & pater Habebit administrationem, & vsufructum. Cur.Iuni. conf. 152. num.1. & 3, communem dicit.

Nota

* § Nota istam communem ad declarationem l.30.ti.ii.par.4,dicens quod soluto Matrimonio, viua filia,dos restituitur patri, & filiæ: quam intellige; si stipulatum sit tradi filiæ, competit ipsi filiæ actio: & pater habebit vsufructum. tamen per l.47.in ordi, tamen filia nupta,est liberata in perpetuum a potestate patris; & efficitur sui iuris,& sic soluto matrimonio, actio de dote competit filiæ: & habebit vsufructum excluso patre. ut per Rode. Suarez in l.9.ti,ii,li.i,fo,ll,in fine in quibus etiam repellitur comunis opinio posita in uerbo fęmina & uid,Anto,gumer,in de a tau.l.53.

20 ¶ Actio dotis non nascitur nisi soluto matrimonio Io.cora,in l,qui liberos nu,41.ff.de ritu nup. communem dicit,

21 ¶ Fallit uiro vergente ad inopiam, quia potest peti ante solutum matrimonium. Gomes. in §. fuerat institu. de acti; communem dicit nu.41.

22 ¶ Amplia istam fallentiam etiam si non ex sua culpa, sed casu acciderit paupertas; Io. lupus. in repet.c.per tuas,de dona.inter.vi.& vxo.§.24.in princ.communem dicit.

* § Contrarium istius ampliationis habetur per l.29.ti.ii,par.4, ubi disponitur totum cõtrariũ,immo quod si non ex culpa mariti mulier non potest repetere dotem de qua meminit do.Io. lupus in col.9.§.6.& 24.de quo etiam per Segu.de bonis lucra. constante matrimonio nu.9. Et nota satis notabile uerbum Episcopi calagu.in repor. ad d. Io.lupum in verbo Maritus si male non administrat,quod licet mulier non possit repetere a uiro per d.l.9.dotem: tamen ab alijs crditoribus, ut illa pręferatur. Et ut dos assignetur: sibi repetit.

quod

quod quotidie in practica uenit: Et quando Mulier potest repetere dotem ui.d.l.29. & l.8. ti.29. par.3.& d.Io.lupus col.46.& 100.§.23.

Nota tamen quod hęc actio repetitionis dotis durante matrimonio ob paupertatem mariti; non habet locum in extraneo: cui restituenda est dos post solutum matrimonium. idem Gomes.in d.§. fuerat & nu. communem dicit.

23 ¶ Actio hypotecaria quæ competit mulieri pro dote sortitur effectum a tempore dotis promissæ Boe.dec.331. nu.i. communem dicit.

* § No. istam communem ad intel. l.17. ti.ij.par.4. & l.23.ti.13.par.5.

24 ¶ Actio hypotecaria tacita quę competit mulieri pro dote, non tollitur per expressam postea secutam. Boe. dec.332.nu. communem dicit.

25 ¶ Actio hypotecaria cedi potest debitori Boe.deci.335.nu.3.communem dicit; vbi cōcluditur posse cedi extraneo contra Bar.in l. fideiusor.ff. de fideiussor.

26 ¶ Actio iniuriarū ciuilis, est perpetua Io. Balbus de prescri.par.4.q.i.nu.3. communem dicit.

* §.de iure regio durat per annum tantum l.22.ti.9. par.7.& vi. in verbo delicta infra.

No. autem quòd actio iniuriarum ciuilis quæ durat in perpetuum solum est in tribus casibus de quibus in .l. cornelia .ff.de iniur.prætoria. tamen non durat nisi per annum l. si conuicij C. de iniuri.

27 ¶ Actione iniuriarum tenetur qui dicit alicui tu mentiris, licet dicat prouocatus, & verum: Boe. in consue.bitu. consi.i. ex Bar.in .§.ait pretor ex l. apud Labeonem ff.de iniu. communem dicit.

28 ¶ Actione iniuriarum non tenetur qui alicui obi cit

cit crimen quod conuenit reipublicæ vt patefiat si probat Boe.ibi communem dicit.

* .§. De iure regio siue conueniat reipublicæ, siue non, si verum dicat: & probet non tenetur l.i.ti. 9. par. 7. vt aliqui intelligunt: Sed tñ intellige dictam legem secũdum istam communem & dicta l. hoc insinuat ibi por que los facze dores del mal se recelen de lo facer.

29 ¶Amplia istam communem si obicitur alicui in iudicio, vel ad excludendum accusationem, vel ad excipiendum. Alex. in l.3.ff.de libe. & posthu. communem dicit secundum Boe. ibi.

30 ¶Restringe istam ampliationem, si probet, licet mitius puniatur Boe.in consi.i.post constit.bitur. communem dicit ex.Anca in consi.135.

31 ¶Actio personalis cum mala fide nullo tempore præscribitur Balbus de præs.in 4.par.q.8.nu.2. cõmunem dicit.

32 ¶Actio confessoria, & negatoria non solum com petit pro seruitutibus, sed etiam pro alijs iuribus incorporalibus: vt pro iurisdictione, præsentatio ne, Guidagio. pasagio. vel pro alijs similibus Ia. in l. si prius.ff.de noui.ope.nun. nu.4.in fi. commu nem dicit.

33 ¶Actio confessoria, aut negatoria adhoc quod competat, requiritur contradictio. Et sufficit ver balis facta in iuditio etiam si in libello de illa non fiat mentio. Iaso. in d.l. si prius nu.16. & 18. communem dicit.

34 ¶Actio, seu accusatio criminalis cum tollitur per viginti annos ita etiam & inquisitio tollitur. Balbus de prescri. quarta parte quartæ par.q.2.nu. 2.communem dicit.

¶Actio

35 ¶ Actio in libello non est exprimenda de necessitate; si tamen exprimatur minus aptè: libellus tamen valet. Iaso. in l. ædita actio c. de æden.nu.3. communem dicit.

*§ de iure regio idem disponitur in l.ij.ti.i.li.3.ordi.et nota.quòd per illam legem proceditur in causa sola veritate inspecta, & vi.quindecim effectus istius clausulę ad practicā necessarios per Ruber. Marā.de ordi.iudici.par.4.dist.9.nu.32. cum seq. & alios effectus dictę clausulę vid. per Caro. de grassatio in regul. Frāciæ ius. 12.ver.tertio est notandum. Et nota in ver.hinc est verbum satis notabile ex Bal.per illum tex.in c.tuæ.vt lite non con. & Iaso.in l.a diuo pio.§.in venditione.ff. de re iu. & gl.in l.i.§. si quis argentum .ff. deposi.& Roma. in l.nō solum.§.sed probari.ff.de no.ope.nu. quòd executio facta pro vero debito vigore illius clausulæ, non reuocatur propter ordinem non seruatum, quod summè notandum est contra iudices faciles ad reuocandum executionem propter modicum quid ordinis non seruatum pręcipue in pręconijs. Et vi. plura accumulata ad intel. d. l.ij.per Numum in respō.primo post tract.de exequendis mandatis regum per to.

36 ¶ Actio negatoria, vel cōfessoria competit contra impedientes præsentare;Roc.in ver.ius de iu. patro.nu.6.communem dicit.

37 ¶ Actio oritur ex snīa confirmāte, & non ex confirmata:communem dicit Ias. in l.i.nu.xi. & post eum ibidem Ripa nu.15.ff.de re iudic.

38 ¶ Actio iudicati oritur ex snīa lata in actione reali, ita dicit communiter tenere Docto.Fran.Rip. in l. miles .§.iudicati nu.6.ff.eod.

B Actio

39 ¶ Actio oritur ex sentētia arbitri cum pęna, vel sine pęna post emologationē tacitā, vel expresā, de iure Canonico magis communem inquit Alex. in l ait prætor in princi. nu.3.ff.eodem.

40 ¶ Actio ex stipulatu competens extraneo ad dotem restituendam est stricti iuris, communem testatur Ripa in l.ij. in princi.nu.32.ff.sol. matri. & in l.i.nu.23.eodem titulo.

41 Actio ex stipulatu competens marito habet naturam bonę fidei, communem ait idem Rip. in d. l.i.nu.23.ff.sol. matri.

42 ¶ Actiones plures personales etiam dissimiles possunt in eodem libello accumulari. Gommesius in c.dispendia de ref.nu.33.li.vi. cōmunem dicit.

43 ¶ Actor non potest suspendere petitorium, & proponere possessorium retinendæ asserēdo nolle procedere in petitorio, donec sit expeditum possessorium, communem inquit Rip. in l. naturaliter.§.nihil commune nu.154.ff.de acquir. possess.

44 ¶ Actor si in libello expressit diem contractus, & testes deponentes de contractu, si dicāt non recordari de die, tamen probant; communem testatur subtilis Aret.in c.qualiter, & quando.§.debet nu.130. extra de accusa. ex sententia Bart. in l. is qui reus ff. de publ. iudic. Quā tamen intelligit Aret. quando in libello est inserta clausula. Non adstringens se ad probationem superfluam. &c.

45 ¶ Actor intentans accusationem criminalem, & petit reum condemnari, potest incidenter petere damnum restitui, & indemnem conseruari, idem Aret.in d.c.qualiter, & quando.§.ad corrigendos. nu.139. communem dicit, & Bar. in l. interdum ff.de publi.iudic.

Actor

46 ¶ Actor suspendēs petitorium, & interdictum recuperandæ intentans, etiam si in possessorio obtinuerit, debet probare petitorium. aliàs succumbet. Io.cora.in l.naturaliter §.nihil. commune uers.explicitis num.22.de acqui.posse.ff. communem dicit.

47 ¶ Actore nō probante tam in ciuilibus, quam in criminalibus, reus debet absolui. Ias. in l.non est nouum.nu.5.C.de eden.communem dicit.& quādo reus est solus absoluendus ab instantia causæ, vi.Thomam Grma.vo.31. & Coua. in reso.lib.1. c.1.nu. 8.

Acta facta in ciuili iudicio non faciūt fidem in criminali. Fely. in c. at si clerici. nu.12. de iudi. communem dicit. & Io.a ripa in l.is apud.nu.40. C. de æden. faciunt tamen fidem ad inquirendum per l. quòd euitandi.C.de condi.ob causam.

48 ¶ Acta facta inter alios non probant: faciunt tamen qualē qualē probationem.Io.de ripa in d.l.is apud.nu.36.communem dicit.

49 ¶Acta facta in una instantia inter easdem personas fidem faciūt in alia. Cur.Iuni.in l.2.nu.93. C.de æden.communem dicit.

50 ¶ Fallit si non essent testes publicati: quia non faciunt fidem. Cur.Iuni.in d.l.2.& Feli.in c.cum causa de testi.communem dicunt. Et de confessione si in alio iuditio probet in uerbo confessio.

Et nota distinctionem Anto.in c. Albericus de testi.quem refert Marã. in specu.aureo in 5. par. nu.56.in quæstione dñe quæritur an possint dicta testium publicari in secunda instantia? quod aut testes sunt uiui:& iterum sunt producendi si tamē sunt mortui:possunt publicari: & ualidum est suū

testimonium. quod nota.

51 ¶ Actus sequens in spiritualibus aduersus iuramentum tenet. Alci. in c. cum contingat de iur. iuran. num. 180. communem dicit.

52 ¶ Nota quod licet pro actis præsumatur; tamen potest probari contrarium quàm in eis sit contentum. Coua. in reso. c. i. lib. i. nu. 9. communem dicit ex glos. in le. i. C. de iur. hasta. fisca. li. 10. & in c. quoniam contra de probat.

53 ¶ Actus legitimus nõ recipit conditionem, nec diem; intelligitur de actibus expressis, secus tamen in alijs Coua. in epi. 4. cap. 3. numer. 4. communem dicit. Qui autem sint casus expressi vi. glos. in l. actus de regul. iuris .ff. & Dinum in c. actus de re iud. in 6.

54 ¶ Actus præsumitur ex ui mandati etiam si post longum tempus adimpleatur Alci. de præsum. in regu. 2. præsum. 23. nu. 12. communem dicit.

*§ Nota istam communem ad intel. l. 17. ti. 10. par. 7. & l. 10. & 11. ti. 4. li. 4. fo. ll. de committente uim de mandato alterius.

54 ¶ Administratores tenentur ad damnum contingens si aggressi sunt negotia insolita, etiam si ex fortuitu casu contingat. Cur. Iuni. cons. 19. nu. 2. communem dicit.

*§ Concor. cum l. 33. ti. 12. par. 5.

55 ¶ Amplia in tantum hanc communem esse uerã quòd non recompensantur lucra cũ damnis quando aggressi sunt insolita idem. Iuni. cõem dicit.

*§ Per istam & præcedentem cõmunem, amplian tur ll. 27. & 29. ti. 12. par. 5.

56 ¶ Administratores publici non possunt remittere debitum liquidum paciscendo, sed bene negligendo.

gendo.Iaſ.in.l.pręſens nu.15.C. de tranſact.communem dicit.

57 ¶ Adminiſtratori reipublicæ conuenit ne edificia ſuæ adminiſtrationis pereant ruina. Cur.iuni. conſi.19.num.8.communem dicit.

★§ Concor.cum hac cōmuni l. 23. de correctoriis. Et nota quòd in tantum eſt vera hæc communis quòd ſi alii ſint officiales ſubalterni ad illud opus peragendum quòd ſi principalis ex cauſa hac puniatur: nō poteſt petere ab aliis ſubalternis.idem. Iuni. nu. 8.communem dicit. Et nota aliud quòd opus publicum firmatur per quindecim annos, & & ſi poſt periit, non dicitur periiſſe ex defectu magiſtri operis l.21.ti.32.par.3.

58 ¶ Adoptiuus ſi habet poteſtatem ſuccedendi in in feudo: non diſtinguitur aut feudum ſit nouum: aut antiquum.Cur.Iuni.conſil.138.nu.7.communem dicit.

59 ¶ Aduenæ poſſunt prorogare iuriſdictionem illius qui illam exercet inter ſubditos. Iaſ.in.l.teſtamenta.nu.1.C.de teſtam. communem dicit. licet illas non poſsint prorogare ultra ſuam iuriſdictionem: vt in conſulibus mercatorum qui cognoſcunt de cauſis mercantiæ: vltra illos caſus etiam mercatores non prorogant ut per Iaſo. ibi quam communem dicit.

60 ¶ Aduocatus qui propriam cauſam proſequitur non repetit ſalarium ſi vincat cauſam. Boe.deciſ. 210.nu.3.communem dicit. Fallit tamen ſi perdidit aduocare in alia cauſa: quia poteſt petere intereſſe Hyppo.in Rub.ff.de fideiuſſo. nu.313.

61 ¶ Aduocati ſalarium debet ſolui poſt litem ſolutam.Iaſ.in.l.diem functo nu.11.ff.de off.aſſe. com

munem dicit.

*§ De iure regio Habes l.ii.in ord.aduo.disponēte quod quarta pars debet solū in principio litis, & alia quarta pars cum fit publicatio testium: & quarta lata sententia; & alia quarta in fine causæ.

62 ¶ Aduocatus in una causa pro uno etiam si mutet instantia non aduocabit pro alio. Petrus Minus de exequen.mand.Regum c.2.fol.26.communem dicit ex glos.in l.fin.ff.de postulan.

63 ¶ Aduocatus qui se obligauit defendere in causa: non tenetur defendere in causa appellationis a diffinitiua, secus tamen ab interlocutoria. Ias. in l.ita demum num.8.C.de procura.communem dicit.

*§ Contrarium disponitur per l.ii.in ordi.aduocatorum cum causa appellatiouis est uentilanda in loco ubi est aduocatus.

64 ¶ Fallit si interlocutoria esset tractanda in loco remoto. Ias.in l.inuitus nu.14.de procu.C.communem dicit.

65 ¶ Aduocatus non tenetur iurare causam bonam patrocinari: quia aboleuit ab usu iuramentum. Ias.in l.rem non nouam. nu.2.C. de iudic. communem dicit.

*§ De iure regio habes l.1.iuncta l.2. quæ videtur innuere contrarium & vi.l.18.in ordi. aduo. quę disponit aduocatum teneri ad recipiendam relationem causę in scriptis ut posit reddere rationē de iustitia partis.

66 ¶ Aduocatus salariatus de publico trāsmittit totum salarium hæredibus etiam si ipse moriatur ante tempus. Cur.Iuni.in l.diem functo. nu.53. ff. de assesso.communem dicit.

Et

Et de isto salario aduocatorum uide in uerbo salarium.

67 ¶ Adulterij pœna bene in masculino est pœna mortis magis communem ait Alexan. conf. 13. num. 3. libr. 7.

68 ¶ Adultera perdit dotem ex sententia iudicis. Coua. in epi. 4. c. 7. §. 6. nu. 1. communem dicit ex Panor. in c. plerunque de dona. inter. ui. & uxo.

* § Nota istam communem ad intellectum l. 15. 41. 17. par. 7. & concor. cum hac commmuni l. 82. in ordi. tau. iunta l. i. ti. 7. lib. 4. fol. ll. Et de pœna adulterij de iure regio ui. l. i. ti. 7. li. 4. & l. 2. ti. 15. li. 8. ordi. & quæ habes in uerbo. matrimonium; quam communem intellige tam in uxore uera, quam putatiua secũdum glos. communiter approbatã in c. plerũque de dona. inter ui. & uxo. quam communem dicit Io. lupus in repe. C. de dona. inter ui. & uxo. col. 142. §. 36. nu. 3. Et idẽ est in lucris acquisitis durante matrimonio ut habetur in l. 4. ti. 6. li. 3. fo. ll. quæ faciũt ad declarationem & amplationem l. i. ti. 3. li. 3. fol. ll.

69 ¶ Nota quod exceptio adulterii contra mulierẽ repetentem dotem, durat in perpetuum. Balbus de præscr. in 4. par. q. 2. communem dicit. num. 9.

70 ¶ Aes alienum tenetur soluere hęres, & non usufructuarius. Deci con. 60. Io. Duran. in arte restan. tit. vi. Pau. communem dicunt.

71 ¶ Affectionis ratio non habetur in furto: Antonice. in concor. glos. concor. 85. cõmunem dicit.

72 ¶ Affinitas contrahitur ex sola. copula etiam illicita. Coua. in epi. 4. q. 6. §. 7. num. 3. communem dicit.

73 ¶ Agens ex contractu conditionali, debet pro-

bare conditionem purificatã ad intentionem suã fundandam. Bellonus conf.59.nu.3. cõem dicit.

74 ¶ Agens ante tempus duplicatur tempus in odium agentis. Anto.de tremo.in addi.ad bona. in practi.exce.num.25.in uerbo conditionem in rubri.quibus mo.suo nomi.communem dicit.

75 ¶ Agens petitorio, & possessorio recuperandę, si prius obtinet in possessorio, & non probet se dominum, non debet obtinere in petitorio; communem inquit Alexan. & post eum Rip. in l. naturaliter .§.nihil commune nu.148.cum seq.ff.de acquir.posses.

76 ¶ Agens contra aliquem ad decem, & si fuit condemnatus in quinque, si de aliis quandoque nihil dictum sit, non ei nocet, quando posit agere ad residuum. Gorad.consi.1.nu.5.communem dicit, ex sententia glos.in l.1. in.uerb.minus ff. si aduersus rem iudic.

77 ¶ Agnatis deferẽ hęreditas per statutum excludens fęminam statibus agnatis, & actio competit eis pro ea consequenda; Ias.in l. seruo. legato.§. si testator.de leg.i.quem refert Io. Nico.in l. generaliter nu.46.C.de secund.nupt.

78 ¶ Agenti possessorio recuperandę obstat absolutoria lata cõtra eum in petitorio Io.Cora.in l. naturaliter.§.nihil commune uers.excplicitis nu.4.ff.de acqui.posse.communem dicit.

79 ¶ Alienari prohibita posũt dari ex causa dotis. Petr.Raue.in alpha.aure.in uer. alienatio communem dicit.

80 ¶ Restringe hanc communem quod potest dari descendentibus tantum: Idem ibi communem dicit. Et Coua.in suis resolu.lib.3.cap.6. num. 10.

ui.

ui.alios idem dicentes,& Amplia .d. communem & ad dotem restituendam etiam post appositum grauamen. Auenia. con.61.& Soci.con.23.uo.3. & Rube.conf.78.nu.1. comunem dicit & Coua. in uerbo quarto magis communem dicit.

* § Concordat cum l. 14.ti.7.par.3. quam legem in cellige cum restrictione prædicta : & limita com muné legem si cum prohibitione . hominis concurreret prohibitio legis:ut per Ant.corse. in no tabili in uerbo prohibitio & ui.Boe.dec.129.per totum.

81 ¶ Alienari non possunt res ecclesiæ nisi ex causa necessaria, uel utili ecclesiæ uel ex causa pietatis, uel damni euitandi. Cur.Iuni.conf. 130. num.3. communem dicit.

82 ¶ Alienare prohibitus, potest niholiminus alienare bona mobilia quæ seruando seruari non possunt; Fran. Aret.in cap.prælatorum, de accusat. num.10.communem dicit: ex Innoc. ibidem.

83 ¶ Alienationis prohibitio potest fieri per iudicem, Petrus Raue. in alpha.aure.in uerbo alienatio communem dicit.

84 ¶ Alienationis prohibitio facta filijs, non exten ditur ad nepotes,ac familiæ non egreditur quartum gradum, Ias.in l.si filius familias.§. diui.ff.de leg.primo & Dec.conf.377.Io.duran.in arte testan.ti.8.cau.2.Cur. Iu.conf. 3. num. 1. communem dicit.

85 ¶ Alienationis prohibitio extra familiam nõ est tãtę potentiæ quin successor posit habere hęredé ex testamento uel ab intestato qui non sit de familia ut proximiorem cognatum. Ias.in d.§. diui & Duran, cau.6.nu.2.communem dicit.

Amplia

69 ¶ Clerici nunquam fuerunt de iurisditione laicorum: & constitutiones de hoc loquentes potius sunt declaratoriæ, quam de nouo promulgatoriæ glos.in c. imperator 96. distin. quam communem dicunt Cardi. in c. perpendimus de senten.exc.in repet.& Alci.in c. cum non ab hominibus de iudi.nu.2.

70 ¶ Amplia quod laicus non potest esse index clerici etiam in realibus nec coram eo conueniri. Anto.de tiemo.in addi.ad bona. Cur.in rubr.qui. mo.suo.nu. 39. in uerbo sub iudicibus sæcularibus communem dicit.

* § Concordat cum hac communi l.57 .ti.6.par.1 .nisi realia processerunt a rege uel alio potenti coram eo, uel si clericus est hæres laici, & ratione eius conueniatur, debet coram iudice laico respondere: uel si uedidit laico, & laicus conuenitur coram iudice laico; tenetur de euictione per d.l.57.quod planè est contra glo.in c.clericus nullus. in uer.secularem 11.q.1.& glos. in ca. si quis in ius.de re.iu.li.6.& tenet Anto.in c. quia v. de iudi.Et Ias.adijcit alios plures tenentes in authe. quas actiones nu.39.de sacrosan.eccl.C. ubi uidetur dicere hãc esse communem opi. sed iudices se-

culares

culares obseruant d.l.57.& uid. Ruber. in specu. aure.in 5.par.in princ.num.13.ubi dicit quod licet lis sit cepta : denuo est inchoanda coram iudice ecclesiastico & dicit magis communem; Petrus autem nonius in c.1.de exequut. manda. regij fo.15.nu.29.co.3. dicit illam l.57. intelligendã quando lis erat cepta cum defuncto, uel quia res erãt obligatæ ex noxa data a defunto, & non ita indistinctè. quæ interpratatio salua eius pace uiolat litteram: uerba legis sunt otiosi, quando el clerigo hereda los bienes del homelego ertio alguno demanda contra aquel clerigo per razon del auerque heredo, odedanon quæ uniesse hecho tenudo es el clerigo de fuzer derecho ante aquel iuzgador seglar dole furie aquel dequien hereda el auer si fuesse uiuo, Ecce enim legem nõ distinguentem si lis sit cepta necne: quia licet sit uerum quod quando lis est cepta cum defuncto, hæres tenẽt coram illo iudice litem finire ubi ceptum est iuditium s̃m communem opinionem. ut per Anto. de tiemo. in addi. ad bona. in practi.excepti. in rubri.qui.modis ad fi. uers.item non audiuntur in hærede clerico.magis communis est contraria: & sic non quadrat distinctio cũ unum, & reliquum sit prohibitum: sed est dicendum d.l. 57. respicere ius ciuile, & oppinionem doctorum antiquorum qui tenuerunt per l.hęres absens .ff.de iudi.ubi Alberi.dicit pergami fuisse conclusum clericos hæredes laici posse conueniri coram iudice laico licet contrarium sit de iure canonico, quod nota,

71 ¶ Fallit in clerico degradato actualiter: quia iudex laicus potest eum punire absque aliqua traditione.

ditione. Alci.in d.c.cum non ab homine. nume-
108.communem dicit.

*§ Nota istam comunem pro intel.l.60.ti.6.par.1.

72 ¶ Fallit secundo, si reconueniatur per laicũ quia in illo casu iudex secularis erit suus iudex. Cur. iuni.in l.2.nu.48.ff.de iurisd.omni.iudi.communẽ dicit. concor.cum dicta l.57.ti.6.par.i.si nondata opera laicus molestet clericum ut reconuenia tur per Maran.in spec.aureo par.4. dist.7. nu. 44.

73 ¶ Fallit tertio, si clericus est uassallus; quia subest domino laico: & coram eo potest conueniri de feudo. Feli.in c.cæterum nu.3. de iudi. communem dicit.

74 ¶ Amplia istam tertiam limitationem procedere non solum si uertitur quæstio super proprietate: sed etiam super possessione. Aret. in c. cæterum num.24.de iudic.comunem dicit ex Panor. ibi. Quam ibidem intelligit quando agitur per interdictam possessoria: secus tamen si intentatur emenda iniurię, uel damni passi, uel quando agi tur criminaliter de possessione ad pænam, Tunc enim iudex ordinarius, & non dominus cognoscit ex Imo. & Moder. in d.c.cæterum.

75 ¶ Restringe istam limitationem, si clericus uassallus regis uocetur a Rege & a Papa eodem tempore: potius tenetur obedire Papæ, quam Regi Prępo.in cap.cum parati num.20.de appel. communem dicit.

*§ Nota istam restrictionem ad intel.l.24. ti.2.li.3. ordi.imponentis pænam ecclesiasticis non uenientibus ad mandatum regis.

76 ¶ Fallit quarto si clericus inueniatur in fraganti delicto; quia potest capi a familia potestatis ut

tradatur

tradatur iudici ecclesiastico Feli.in ca.si uero nu. 2.de senten.exco.communem dicit.

77 ¶ Amplia istam fallentiam ad priuatum qui potest capere clericum in fraganti crimine fauore reipublicæ. Feli.in d.c.si uerò communē dicit.

78 ¶ Amplia secundo, si clericus in delictis est suspectus de fuga: potest capi, ut Episcopo suo tradatur sine metu excommunicationis, Episcopo ratum habente uerè uel fictè. Alciat.in cap. cum non ab homine de iudic.numer.94. communem dicit.

79 ¶ Amplia tertio, in creditore, quia potest capere clericum absq; mandato. Alci.in d.c. cur. nō ab homine num.74.communem dicit.

80 ¶ Fallit quinto, de consuetudine regni quia princeps cognoscit de ui. & iniurijs inter ecclesiasticos l.5.ti.1.li.2.ordi. quæ habuit ortum a.c. princeps 23.q.5.& c.regum ea.causa & q. & tex. iuncta glos.in uerbo reges.in c.filiis.16.q.7.licet contra ista iura & consuetudinem. uid. tex. in c.placuit & in c.innolita 11.q.1.c.qualiter & quā do de iudic.authen. statuimus .C. de episcopis & cler.& Rota decis.840. in anti. dicens consuetudine non potest introduci quod clericus subeat iudici seculari: quibus iuribus unico uerbo respondetur quod hæc iura generalia sunt: alia aūt specialia per reg.generi.de reg.iuris in 6. Speciale enim est in uiolentiis, & iniurijs precipuè cū superior non sit in regno, qui de illis possit cognoscere ut notat. Naua. in præfati c. cum contingat in 16.causa cum agitur de remediis in allega.in littera y.de rescri.& de dicta l.5.uid.Nuniū de obsequēdis mandatis regum c.1.nu. 25. & uid.

Guillel.

Guillel. bene in c.rainutius in par.& uxorem nu. 410.& 347.& in uerſ.abſque liberis el 2. num.45.

81 ¶ Clericum excommunicatum percutiens, incidit in excommunicationem Panor.in c.contingit el.1.de ſen.excom.communem dicit.

82 ¶ Clericus propter adulterium detruditur in monaſterium & deponitur ab officio, & beneficio.Coua in epi.4.c.7.§.7.num.19.& Epiſcopus calagu.Io.a luco. in prac. crimina.c.79. communem dicunt.

83 ¶ Clericus ſi per inſidias interfecerit aliquem debet uerbaliter degradari, non autem actualiter: & ſic eſt intelligendus tex.in cap.1.de homicd. Franc.de Aret.in c.cum ab homine nu.80.de iud. communem dicit.

84 ¶ Clericus per ſimplicem fornicationem non deponitur. Feli.in c.at ſi clerici num.8. de iudic. communem dicit.

85 ¶ Clericus concubinatus eſt priuandus beneficio: & tenetur ad reſtituendũ fructus perceptos. Bello.conſi.56.communem dicit ex Feli.in c.poſtulaſti de reſ. & tamen. uid.conſilium Baſileum de concubinarijs.

86 ¶ Clericus poteſt torqueri Panor.in c.poſt ceſſionem de reg.iuris communem dicit.

87 ¶ Fallit, ſi non ſit diffamatus: quia etiam præcedentibus indiciis, uel confeſsione non poteſt torqueri: niſi ſit diffamatus. Dec.in c.atſi clerici. de iudi.num.9.& Hypo.in ſingu. 55. communem dicunt.

88 ¶ Clericus paruæ parochiæ poteſt diffamari Panor.in c.inquiſitionis.§.fi.de accuſa. communem dicit.

Clericus

89 ¶ Clericus habet omnia priuilegia concessa militibus armatę militię. Ias.in l.miles nu. 11.ff. de re iur.& sic non potest conueniri ultra id quod facere potest. communem dicit.

90 ¶ Clericus in patrimonialibus non gaudet priuilegijs concessis ecclesiæ nisi in casibus a iure expressis. Balbus in trac.de pres.par.5.q.5. num. 2. communem dicit.

91 ¶ Nota quod statutum in quo cauetur quod primogenitus succedat in hæreditate paterna, etiam stantibus alijs liberis, sortitur effectum contra clericum, uel filios qui effecti sunt clerici. Io.de Ripa in li.1. de legi.respon.2.nu.2.& in respô.6. nu.11.comnunem dicit.

92 ¶ Clericus est usufructuarius, & non usurarius de fructibus beneficij: Fran.de aret.in c.ex litteris de proba.Io.lupus in repe.rub.de donat.inter uir.& vxo. col.355.communem dicit.

93 ¶ Intellige istam communem in uita: nam in morte est usurarius; Bello. consi.3. nu.2. communem dicit.

94 ¶ Limita hunc intell.in beneficiato simplici: quare semper est usufructuarius. idem. Bello. nu.6.communem dicit.

95 ¶ Limita secundo, si est consuetudo in contrarium: quod semper sit usufructuarius: & quod possit testari. Bello.ibi num.9 communem dicit ex Gemi.in c.fin.de offi.ordi.& uid.latè per Nunium in respon.19.per totum. & precip.num.15. post tracta.de exequendis mandatis regum.

96 ¶ Clericus habens patrimonium sufficiens, si seruit ecclesiæ, potest uiuere de bonis ecclesiæ. Præpo.in c.illi autem 12.q.1.communem dicit.

97 ¶ Clerici trahētes clericos coram iudice laico, perdunt causam per sententiam, non ipso iure, Panor.in c.si diligenti de for.compet.nu.8. communem dicit.

98 ¶ Clericorū appellatione, in fauorabilibus ueniunt canonici: & dignitas in odiosis non. Alcia. in l.2.ff.de uerbo.obli.nu.9.communem dicit.

99 ¶ Cognatio spiritualis non contrahitur per nuntium, nec per procuratorem. Coua in epi. 4.c. 6.§ 4.nu.6.communem dicit ex decis.tholo. 157.

100 ¶ Collatio bonorum nō fit cum ascendens succedit descendenti: ut si pater succedat filio, uel nepoti.Ias.in l.si emancipata. num.28.C.de colla.communem dicit.

101 ¶ Collatio beneficij facta cum conditione, si uacat; ualet; licet non electio. Couar. in resol. cap.16.lib.3.num.2.communem dicit ex Gomes. in regula de verisim.notit.obitus q.1.

102 ¶ Collegij ius potest remanere penes unum. Panor.in c.2.de postul.communem dicit.

103 ¶ Collegio ecclesiastico destructo, uel quia decesserunt; omnes uel fuerunt priuati propter delictum: remanet ius, & priuilegium penes ipsam ecclesiam. secus in collegio seculari. quia non remanet aliquod ius. Panor. in d. cap. 2. communem dicit.

104 ¶ Commissio iudicis in citatione non præsumitur; Aret.consi.33.nec præsumuntur facta.Feli.in c.1.de iudi.conclu.1. communem dicunt.

§ Concor.cum l. 1. ti. 2.fo. ll. & pragma. 201. in princ.quia nuntio non creditur nisi iuxta officiū suum. Io.And.in addit.ad Specu. de citatione §. 1.in principio. & Dida. de segu. in l. si ex legati

causa nu.58.ff.de uerb.oblig.

105 ¶ Communitas, seu uniuersitas non obligatur per priores: nisi eis specialiter sit commissum. Alexan.consi.135.uol.7.nu.1.communem dicit.

106 ¶ Communitas, seu concilium non potest dare immunitatem ciui. secus tamen extraneo, qui ciuis efficitur. Bello.consi.37.nu.1.& 2.communem dicit.

107 ¶ Communis opinio est tenenda nisi opinio particularis fulciatur meliori ratione. Cur.iuni. consi.63.nu.3.& consi.160.nu.12.communem dicit: pro qua est tex.in l.si quis.de condi. inde.C. ubi Imperator motus est per rationem minoris partis contra maiorẽ: & etiã est tex. in l.1.C.de uet.iu.enucle.uers.sed nec quare doctores imitãtur aues: quia quando una uolat: omnes aliæ sequuntur. Deci.consi.481.nu.12.& more pecudũ, unum sequuntur. Bellonus con.59.num.12. licet uerum sit quod opinio communis habet uim consuetudinis. Bal.in c.ne immitaris de const. Et nota quod in conflictu opinionum est illa tenenda quam sequitur consuetudo: Remigi.de charitati. subsidi. in q.an ecclesia, & clerici sint immunes in regula.240.communem dicit. & uide septem regulas per Stepha.de phedericis de interpretatione iuris. par.ulti.pagi.196.usque ad finem quarum prima est quod in conflictu opinionum illa sequatur quæ consuetudine est approbata. ut in opi.glos.l.fi.C.de dona.int.uir.& uxo.quam consuetudo approbat: etsi destruat textum.
Secunda, quando non constat de consuetudine. illa est sequenda quæ altero iure comprobatur.
Tertia, cum nec altero iure nec consuetudine

approbatur:

approbatur: illa est sequenda quæ efficatioribus rationibus comprobatur, ex glos. in l. minimè. ff. de legi.

Quarta, si ratio euidens non apparet: quæ tutior est, eligitur. arg. c. iuuenis de sponsa.

Quinta, illa opinio eligenda est: quæ est fauorabilis, & propterquam res ualet, & non pereat. c. si uir de cogna. spirituali.

Sexta, quod illa opinio est tenenda: quæ a prudẽtioribus est approbata. c. in canonicis, 19. distin. ut sunt glo. in iure ciuili. Bal. in l. præcibus. C. de impuber. & Innoc. & Io. Anto. in iure canonico, legistis in materia legati, & canonistis in canonica, quia unusquisque præsumitur in arte sua l. 1. C. de ven. inspi. c. proposuisti de probat.

Septima, illa opinio est tenenda: quæ a pluribus comprobatur. arg. l. quod maior. ff. ad municipa.

108 ¶ Commutatio summarum in odiosis non fit; secus in fauorabilibus. Ias. in l. si idem, cum eodem ff. de iurisd. omni. iudi. num. 3. communem dicit.

109 ¶ Compensatio tollit ipso iure delictum: si opponatur, secus tamen. Ias. in §. in bonæ fidei. nu. 8. insti. de acti. communem dicit, ubi ponit aliquas limit.

*§ Ex hac potest opponi compensatio cõtra instrumentum habens executionem paratam secũdum Segu. in l. si ex legati. ff. de uerbo. oblig. num. 212. quæ facit ad intel. l. 4. & 5. ti. 8. l. 3. ordi.

110 ¶ Compensatio admittitur in deposito de expensis factis in ipso deposito glos. communiter approbata secundum. Fulgo. in l. si plures. ff. de posi. communem dicit.

*§ Contrariũ est determinatũ de iure regio per l.

10.ti.3.par.5.

111 ¶ Compensatio admittitur in alio contractu praeter depositum dum tamen de facili possit liquidari quod relinquitur arbitrio iudicis. Ias. in d.§.in bonae fidei.nu.72.insti.

*§ De iure regio est sublatum arbitriũ iudicis quippe qui taxatus est terminus decem dieriũ ad istam liquidationem faciendam per l.20.ti.14.par.5.

112 ¶ Compensatio admittitur de pecunia ad pecuniam: licet pecunia sit debita in specie: Alexan. in l.si fundus.§.si seruus & ibi Ias.ff.si certum petatur communem dicit.

*§ Nota istam communem ad ampliationem l. 21. ti.14.par.3.

113 Compensantio admittitur in commodato Panor.in c.2.de deposi.communem dicit.

114 ¶ Compensatio non fit de legato ad debitum, quando legatur res certa, etiam in debito necessario: nisi aliàs testator declarauerit. Duran. in arte testa.ti.6.cau.5.num.3.communem dicit.

115 ¶ Comprommissum in arbitrium, & arbitratorem in dubio praesumitur processisse ut arbitrator. Alci. in trac.de praesum.re 3.praesum.35.in fi. communem dicit.

116 ¶ Comprommitti in ordinarium tanquam in arbitratorem, potest. Praepo. in c. fames 3.q.7. communem dicit. & si comprommittatur in ordinarium, tanquam in arbitrium, sententia erit nulla: cum sit inhabilis. Segu.in l.1.§.si uir num. 160.de acquir.posse.ff. quae faciunt ad intel.l.fi.in ordi.de madrid.in pragma.ubi mandatur executio fieri sententiae arbitri quae est intelligenda. si aliàs arbiter erat habilis, ut notat. Bart. in l. 2.

§.prae-

§.prætor.ff.qui.ſatis cogantur. & idem eſt determinatum in ſententia arbitratorem per l.8. in curijs de Madrid.de Anno.1542. Et nota quod licet ſit uerum quod de iure communi iudices poſſint eſſe arbitratores; ut hic patet; & in gloſ. ſed etſi ſeruum.§.ſi quis iudex.ff.de arbi. & comprobatur in l.24.ti.4.par.3.ſed per l.9.ti.de correctorijs eſt prohibitum ut in ſe non recipiant arbitramentum: & nota quod licet per dictas ordinationes non poſsit opponi exceptio aliqua: tamen exceptio quod compromiſſum non ualuit, uel nouationis, uel contrarij laudi poteſt opponi. ut per Bal.in.l.ſi cauſam nu.4.C.de execu.rei iudic. Itē nota quod licet diſpoſitum in d.l.ſolum habeat locum ſuper iis ſuper quibus fuit compromiſſum: nam aliàs laudum poſt Emologatum nō ualet: ut per Bal.in §.ſententia de pace conſtan.in uſu feu. allegans c.examinata de confirma.util.uel inut.tamen arbiter pro bono pacis, poteſt opponere manum etiam ad non deducta in cōpromiſſo. ut per plura deducit Corſettus in ſingul.in uerſ.arbiter. Et nota etiam aliud ad intel.illius legis: quod licet ad hoc quod habeat executionem paratam requiritur quod deducatur compromiſſum,& ſentētia,ac alia contenta in illa l.quod limitatur ſi aliàs ſententia fuit lata. preſentibus partibus, & non contradicentibus. quia tunc ſufficit ſolum ſententiam producere. ut mandetur executioni. ut per Alex.in conſi.84.nu.3. & 4.uol.5. & nota aliud quod licet data ſit poteſtas arbitris ad prorogandum terminum compromiſsi: tamen prorogatio debet intimari partibus. ut notat Deci.conſi.39. num.2.quam communem dicit ubi dicit quod li-

cet arbitri possint procedere partibus absentibus, nihilominus partes sunt citandæ: aliàs sententia est nulla. ubi ui, plura de nullitate compromissi.

117 ¶ Conditio quæ tacitè inest: ita impedit natiuitatem obligationis, sicut expræssa. Deci. consi. 2. nu. 4. communem dicit.

118 ¶ Conditio si concipiatur in ultimis uoluntatibus quæ potuit contingere, tamen modo non potest. ut si titius uiuet qui iam tempore adiectæ cõditionis mortuus erat: reiicitur, ut impossibilis Bar. in l. 1. ff. de condi. & domo. Coua. in epi. 4. c. 3 par. 3. §. 2. communem dicit.

119 ¶ Conditio institutionis, & legati cum uerè non adimpleatur: tamen habetur pro completa ex legis dispositione, & competit actio ex testamento. Ias. in l. si mater num. 7. C. de insti. & substi. communem dicit.

120 ¶ Conditionis euentus non constituit debitorem in mora. Deci. consi. 2. num. 4. communem dicit.

121 ¶ Conditionalia uerba in fideicommisso non denotant quē a testatore uocatū ad commodum hæreditatis. Alexan. consi. 105. communem dicit.

122 ¶ Condemnatus in amputatione manus: non præsumitur in debiliori. Alci. in trac. de præs. re. 3. præsum. ulti. in fi. communem dicit.

123 ¶ Cōdemnatus per iudicem ecclesiasticum de delicto mixto potest iterum conueniri per iudicē secularem. Alci. in c. perniciosam num. 128. de offi. ordi. communem dicit.

* § Nota istam communem ad intel. l. 2 ti. 8. li. 8. ordi. & pragma. 1. in. pragma. & ad legem factam in

curijs

curijs toletanis anno. 1525. loquentem de blasphemijs. & ad intel.l.8.ti.2.li.8.ordi.contra usurarios & ad intel.l.3.ti.14.par.7. & pragma.3. de sortileg.& ad intel.l.2.ti.21.par.7.& pragma.85. de sodomiticis quæ crimina sunt mixti fori, & etiã sacrilegia sunt mixti fori. ut per Maria. in c. cum sit de foro comper.unum tamen nota quod si aliquis committit delictum cum sacrilegio, prius ecclesia de sacrilegio est satisfacienda, quam fiscus de calumnia. ut est l.104.stili. Et nota etiã quod licet iudex secularis posit cognoscere de usurarijs: est intelligendum quo ad pænam, non tamen ad declarandũ an sit contractus usurarius? cum ad eum non spectet. ut per Panor. & docto. in c.cum sit de for.compet.& Alci.in c.perniciosam de offi.ordi.nu.77. sed solum punire. quando contractus est aperte usurarius: quia licet laicus non potest se intromittere in l.canonica. tamen ad eius obseruantiam, potest imponere pęnam ꝑ glos.singu.in cle.ne Romani de electi. ex qua recipit maximum robur l.8.ti.2.l.8.& l.1.ordi.l.tau imponens pænam contrahenti matrimonium clandestinum.

124 ¶ Condemnatus propter delictum in pænam pecuniariam: si omnem soluerit minimo prætio dempto, debet pæna corporali affligi. Boe.dec. 349.nu.8.communem dicit.

125 ¶ Condemnatus in pænam pecuniariam, si nõ habet unde soluat: petente illo, in cuius fauorẽ est condemnatus: debet luere pænam in corpore idem communem dicit.

• § De iure regio debitor cedit bonis: & ponitur in manu creditoris. ut illi seruiat per tempus de-

biti . ut in l.2.ti.8 .li.3.fo.ll.& l.5.ti.13 . li.5 . ordi. ubi reformantur l.fo.& l.4.ti.5.par.5.etsi sunt alij creditores,ille cui tradditur : tenetur ligare eum cum circulo ferico grosso ut digitum , & debitor tenetur portare eum super loram vestimenti . ut habetur in pragma.82.& idem uidetur faciẽdum in pœna pecuniaria imponenda propter delictum ut est l.105 .stili. quam legem intellige in pecunia applicanda parti ex furto; ut fuit determinatum in curijs uallis oleti. Anno domini . 1538. non tamen in aliis delictis; poterit tamen iudex moderare pœnam si est pauper per l. 3. ti. 22. par. 5. quam intellige in mulcta,secus in pœna. ut per Ia so.in l.si quis num.28 .ff.de iurisd. omni. iudi. ubi de hac mater . Et uid.Panor.in c.nisi specialis de offi.de lega.quod intellige nisi pœnalia statuta loco pœnæ . ut in habente monetas falsas : quia si non habet centum marabetinos erit in uinculis p annum ut in l.1 .li.3.ti.10.fo.ll.& condemnatus in expensis litis , debet carcerari si non habet unde. soluat l.99.& 168.stili. nisi aliàs , erit salarium ad uocati quod remittitur amore dei si nõ habet:unde soluat . Nota quod sicut creditor tenetur pre stare alimenta carcerato : ita & cessionarius . Se gu.in l.si ex legati num.94.ff.de uerb.obli.

126 ¶ Condicitio mixta si deficit per casum mortis facit deficere legatum . cõmunem uideri ait Dec. in consi.485 .num.4.

127 ¶ Conducens scienter rem propriam ab alio quasi non propriam , non perdit dominium. Alexan.in l.si aliqua num.10.ff.de acquir. posse. communem dicit . & ibi Rip.nu.16.& nu.18 .secus tamen si ignorante rem esse propriam , quia tunc

nec

nec dominium, nec possessionem perdit. Hyero. Cagno.in l.nec pignus num.8.ff.de re iudi. communem dicit.

128 ¶ Conducens rem propriam ab alio, tanquam rem illius, perdit possessionem Rip. tenet communem in l.si aliquam rem num. 19.ff.de acquir. poss.& acquiritur locatori: ut ibidem ipse Rip. pariter communem ait num.22.

129 ¶ Conducens rem suam, ut suam, non perdit dominium Rip.in d.l.si aliquam rem nu.26.& 29. Conductio rei suæ, ut suę non ualet: communem asserit idem Rip.ibidem nu.32.

130 ¶ Confessio coniugum probat inter eos matrimonium interuenisse Cur.iuni.consi. 28. num. 2. communem dicit.

* § Concor.l.2.ti.3.par.4.contra matrimonium de quo tractatur, uel contra aliud non ualet l.6.ti. 13.par.3.

131 ¶ Confessio non est probatio: Hypo.in rub.de proba.num.74.& Feli.in rub. de probat. num.2. communem dicit, De iure regio. confessio dicitur probatio l.8.ti.14.par.3.ex qua lege Petrus nuni.in respon 18.nu.8.tenet contra Roder. Suarez in l.post rem uers.sed pulchrum .ff.de re iudi. dicentem quod etiam post decem dies datos ad probandas exceptiones in executione admittitur confessio partis. quod Nunio non placet ante solutionem debiti quod nota.

132 ¶ Confessio extraiudicialis nihil operatur Feli.in c.atsi clerici de iudi.communem dicit.

* § Quo ad materiam huius communis cum sequentibus de istis confessionibus extraiudicialibus nota.l.2.ti.7.li.2.fo.ll.dicentes confessionem extraiudicialem

iudicialem non probare nisi testes sint uocati specialiter ad hoc, tempore confessionis: uel si facta sit in scriptis, uel in hora mortis. quia tunc probat contra se; non tamen contra alium. & uid. l. 7. ti. 13. par. 3.

133 ¶ Fallit primo, de iure canonico: quia plenè probat etiam absente parte. Alci. in rub. de uerb. obli. ff. num. 8. & Feli. in c. si cautio de fid. instru. communem dicit.

134 ¶ Ex quo infertur quod in terris subiectis ecclesiæ, absente parte plenè probat: Cur. iuni. cõs. 168. nnm. 12. communem dicit. licet Alexand. con. 323. uol. 2. communem dicat contrariam: quẽ Deci. consi. 63. reprehendit & dicit communem priorem.

135 ¶ Fallit secundo, quod licet non probet: facit tamen inditium. Alci. in c. cum non ab homine. num. 98. de iudi. Marcus Anto. in trac. de indit. & tortu. num. 204. communem dicit: quam intelligit Bal. in l. una. C. de confes. nisi reus reuocauerit antequam ponatur ad torturam.

* § De iure regio licet reuocet: nihilominus facit magnam præsumptionem. ut in l. 132. stili.

136 ¶ Amplia dictum Bal. etiam si confessio fit geminata. quia prętextu erroris potest reuocari. Ias. in l. errorem. num. 8. communem dicit. de errore calcu. C.

137 ¶ Fallit tertio, quia licet non probet confessio absente parte: facta autem ex causa, quæ si uera esset: obligaret, confitentem inducit legatũ. Cur. iuni. consi. 96. nu. 3. communem dicit.

* § Si pars, uel eius procurator esset præsens: probat confessio extraiudicialis, si esset causa. ut habetur

betur in l.7.ti.13.par.3.& pro intel. istius legis uid.infra.

138 ¶ Fallit quarto, in confessione liberationis: quia etiam absente parte. probat: Bal.consi.466. uol.4.communem dicit: Contrariam dicit communem Io.de Ripa in l.condictionis.C.de pactis num.21.ex mẽte Feli.in c.si cautio de fide.instru. num.32.& tene secundam.

139 ¶ Fallit quinto, quo ad semiplenam probationem. Aimon de antiq.tempo.par.1.in uersi. propositum nostrum nu.30.communem dicit ex Bar. in l.admonendi de iure iurand.ff.

140 ¶ Confessio facta parte præsente, si expressè pars non acceptet; non probat. Alci.in rub.ff.de uerbo.nu.3.& Ias.in l.error num.3.C.de iuris & fac.ignoran.communem dicit.

141 ¶ Confessio facta in uno iudicio, prȩiudicat in alio. Panor.in c.per inquisitionem num.12.de electi.communem dicit. De actis uid.in uerbo acta & in uerbo processus infra.

2 § Confessio iuditialis adhoc quod probet: de iure regio, aut præiudicet. requiruntur sex: ætas maior in consitente, spontanea uoluntas, & nõ ui.uel per metum. contra confitentem, parte, uel procuratore præsente, & super re certa, & non contra naturam, uel leges: ut Habetur in l.4.ti.13.par.3.& ui.l.1.ti.7.lib.2.fo.ll.& l.2.ti.3. & l.11.ti.4.par.3. & uid.plures casus quando confessio præiudicet per Hypol.singu.329.

142 ¶ Fallit primo, in confessione clerici facta coram iudice seculari: quia non probat, nec facit inditium. Mar.Anto.de inditijs & tortu.nu.114. communem dicit.

Fallit

143 ¶ Fallit secundo, in confessione procuratoris facta in uno iuditio, quia non præiudicat domino in alio. Panor. in d.c. per inquisitionem. communem dicit.

144 Fallit tertio, in his quæ non dependent a uoluntate partis: quia eis non preiudicat confessio: Ias. in l. error. num. 12. C. de iur. & fac. igno. communem dicit.

145 ¶ Confessio condictionalis unius actus qui simul & semel fuit adhibitus: non potest pro parte acceptari: ut si confiteatur recepisse decem ex mutuo cum conditione de soluendo infra annū; uel sub aliqua alia conditione: secus tamen si ex conditione quæ post actum interuenit: ut si confiteatur recepisse, & soluisse: bene acceptatur pro parte. Boe. decis. 339. nu. 3. communem dicit.

146 ¶ Limita primam partem communis in confitente homicidium commisisse: sed ad suam defensionem, quia acceptatur pro parte: & tenetur probare ad suam defensionem factum aliàs punitur. Ias. in l. ut uini nu. 13. ff. de iusti. & iur. communem dicit quam intelligit ad condemnandum, nō autem ad pænam corporalem. & Panor. in c. auditis de præscripti.

147 ¶ Amplia secundam partem communis, si per statutum tenetur præcisè respondere positionibus: aliàs habetur pro confesso. ut si dicat si mutuum accepi, restitui; Boe. in dec. decis. 339. nu. 4. communem dicit.

§ Nota istam communem ad intel. l. 1. ti. 4. li. 3. ordi. & hodie sublata est omnis dubitatio per l. 11. in ordi. de madrid. in pragma. ubi est dispositū positionibus esse respondendum per uerbum con

fiteor,

fiteor, uel nego, aliàs habetur pro confeſſo.
Nota in d.l.1.ibi y.aſi lo deue luego el iuez pronunciaz.poz.ſententia. Et ſic ante pronunciationem; non erit cõdemnatus etſi moriatur ante pronunciationem: hæres non tenetur ex tali confeſſione per l.manifeſtè in fi.ff. de iur. iuran. & uid. Fran. Curt.iuni. conſi.59.& quæ habes in uerbo abſens ſupra.

148 ¶ Confeſsio admittitur contra præſumptionẽ iuris,& de iure. Panor.in c.is qui fidem de ſponſ. Alci.in trac. de præſump. par. 2.num.6. communem dicit.

149 ¶ Amplia ad probationem per indirectũ, quia admittitur etiam contra præſumptionem iuris,& de iure: Aymon.de antiqui.tempo.par.4.uerſ.iſta materia ſingularitatis nu.14.communem dicit ex gloſ.in cle.1.de probat.

150 ¶ Limita quando præſumptio non eſt in fauorẽ partium. ut in matrimonio, in quo non admittitur confeſsio contra præſumptionem iuris, & de iure. Coua.in epi.3.c.4.communem dicit.

151 ¶ Confeſsio facta in tormentis, etiam ſi ſit per ſeuerata, non præcedentibus inditiis, eſt nulla: Iaſ.conſ.188.uol.2.num.2.communem dicit.

§ Nota iſtam communem ad intel.l.4.& 6. ti. 30. par.7.& l.5.ti.13.par.3

152 ¶ Confeſsio ſocij criminibus, in caſibus in quibus poteſt interrogari de conſortibus: non eſt ſufficiens inditium, niſi alia ſint indicia ad torturam, Boe.deciſ.319.nu.1.& 2.Tho.Grama. in uoto 6. nu.2.communem dicit.

153 ¶ Confeſsio mariti in inſtrumento dotali ſe recepiſſe, & habuiſſe mille in dotem præſumitur tẽ-

pore

pore dotis recepisse: & non ex interuallo. Alci. de præsum.re 2.nu.8.præsum.35.communẽ dicit.

154 ¶ Confessio de dote recepta, non firmatur iuramento. Cur.iuni.consi.95.num.4. communem dicit.

155 ¶ Confessio dotis cum cõstat ànimo donandi: licet non præiudicat marito, tamen confirmatur morte; Cur.iuni.consi.95.nu.6.communem dicit. & uid.infra in uerbo dos.

156 ¶ Confessio recepti, ex quo non constat de actuali muneratione: præsumitur facta ex causa donationis, Curt.in d. consi.num. 3.communem dicit.

157 ¶ Confessio filij præiudicat patri: sicut uera probatio. Boe.decis.221.numer.17.communem dicit.

158 ¶ Confessio de dote recepta facta constante matrimonio, censetur facta in fraudem legis, & sic non nocet nec marito, nec creditoribus: quãdo fuit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis. Hanc magis communem inquit Alexan. consi.142.col.1.uol.5.& Ioan.Crot. in l. si constãte col.52.uersi.secunda conclusio.ff.sol.matr.

159 ¶ Cõfessio facta in iudicio possessorio summariè, facit fidem in petitorio plenario, communẽ ait Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune nu.120. de acquir.poss.

160 ¶ Confitens confessori sua peccata, tenetur patefacere confessori etiam notoria, & nota ipsi sacerdoti. Naua.in c.1.uers.status cui.officium nu. 61.de pęni.distin.2.communem dicit.

*§ Nota istam communem ad intel.l.25.& 26.ti.4. par.1.loquentium de sacramento pænitentiæ.

Confirmatio

161 ¶ Confirmatio si est facta ex certa scientia : nõ censetur confirmatum in ualidum cum præiuditio tertij.Io.de Ripa.de legi.li.1.respon. 2.nu. 6. communem dicit.

162 ¶ Consanguinei. uerbum legaliter debet intelligi & propriè nisi constet de communi usu loquẽdi:qui tamen usus qualis sit : debet plenè probari Curt.iuni.consi.176.num.6.communem dicit.

163 ¶ Consanguinei non habita distinctione de agnatis, uel consanguineis, succedunt consanguineo ab intestato usque ad decimum gradum. Coua.in epito.de succesio.ab intestato. conclu. 11.communem dicit.

*§ De iure regio succedunt usque ad duodecimum gradum l.6.ti.13.par.5. Et nota istam communẽ ad intel.illius l.inquantum asignat differentiam de agnatis, & solum quo ad fratres; uel eorum filios. in alijs autem non fit differentia per istam communem. Et in quantum d.l. extendit successionem usque ad duodecimum gradum : intellige secundum computationem legalem, & ciuilem : ut per Prepo.in arbo. consan. num. 49.

164 ¶ Nota quod quando agitur de succesione patrum, uel auunculorum, filius fratris succcedit in locum patris : succedunt in istirpe, & non in capita secus tamen in qualibet alia succesione consanguineorum, quia succeditur in capita. Iason consi.173.nu.2.uol.4.communem dicit.

*§ Concordat cum l.5.ti.13.par.6.de quo per l. 8. in deci.tau.

165 ¶ Amplia istas communes, non solum in bonis allodialibus, sed etiam in feudalibus: quia qñ specialiter in feudalibus non inuenitur aliquid di

spositum

ſpoſitum regulantur iſta bona ſecundum ius com mune . Ial.in d.conſi.communem dicit.

166 ¶ Conſenſus Aepiſcopi, qui debet interuenire in donatione iuris patronatus: poteſt interuenire poſt donationem factam Lamber. in tract. de iur.patro.in 2.par.pri.libri q.1.ai.10.nume.5. communem dit.

167 ¶ Conſenſus domini feudi in alienatione feudi per uaſſallum facienda, in quem tranſlatum eſt feudum de uoluntate domini, eſt adlubendus. & non.uaſſalli,qui tranſtulit, Hyero.Cagno. in l.ſocij mei nu.9.ff.de reg.iur.communem dicit.

168 ¶ Conſilium doctiſsimi uiri excuſat ab expenpenſis partem. Cur.conſi.19.num.4.communem dicit.

169 ¶ Conſilium qui tenetur exigere, non tenetur Segu.Aymon.conſi.1.communem dicit.

170 ¶ Conſtitutionis tempus non obſeruans, non dicitur obſeruare formam conſtitutionis. Curt. iuni.conſi.166.num.4.communem dicit.

*§ Extende de iure regio quo ad tempus uel prætium rei locatæ. ut eſt in l.4.ti.8.par.5.

171 ¶ Conſtitutio corrigens, etiam pænalis,extenditur ex identitate rationis. Addi.Imol.in cle.1. de reſ.communem dicit.

172 ¶ Conſtitutum poſitum in contractu. regulatur ſecundum naturam contractus.Iuni.con.131. num.12.communem dicit.

173 ¶ Conſtituti clauſula ratione incertitudinis,nihil operatur. Iuni.conſi.120.nu.5.communem dicit uid.in uerbo poſſeſsio,

174 Conſuetudo non probatur per teſtes ſingulares. Deci.conſi.215.communem dicit.

Conſuetudo

175 ¶ Consuetudo, si est per legem sublata: non potest de nouo introduci. quia lex simpliciter reprobans consuetudinem, non solum intelligitur de præteritis sed etiam de futuris. Iason in l.cunctos populos nu.74.C.de summa trini.Imol.in c. cum ab omni de uit.& honest.cler.nu.3.& Alex. in l.si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de lega.1.communem dicit. De iure regio cum consuetudo non possit introduci sine scientia Regis .l.5. ti.2. par. 1.per consuetudinem tollitur talis lex iuxta d. Anto.quem refert Roc.in.c.fi.de consue. fol.53. limit.tertia.

176 ¶ Consuetudo, uel statutum debet obseruari respectu solemnitatis actus. Panor. consil.52. uol.2.communem dicit.

177 ¶ Amplia etiam ad testamentum, quia per consuetudinem potest tolli sollemnitas testamenti; Boe.in consuetu.bitu.in Rub.des costumes concẽns les testames.§.1.cõmunem dicit, approbat opini.Bart.in l.1.C.de sacrosan.eccles.

*§. Nota istam communem ad intel.l.1.ti.2.li.5.ordi.& l.3.in ordi.tau.

178 ¶ Consuetudo de alienando utile dominium æcclesiæ, certo modo non potest extendi ad aliũ modum etiam utiliorem ecclesiæ. Iuni.con.158. num.12.communem dicit.

179 ¶ Consuetudo, quę sit: quæ sit rationabilis: relinquitur arbitrio iudicis Io.Nicol.in florib. iuris patronat. lib.1.num.15. asserit communem, ex Io.And.in c.1.de constit.in vi.super uerbo.rationabilia.

180 ¶ Consuetudo probatur per Doctores dicẽtes ita esse consuetudinem. communem dicit Dec.

 consi.

consi.540.nu.10.& in l.11.§.mutui datio, in ultima lectura nu.13.cũ sequen.ff.si cer.pet. & Alex. quamuis ipse discrepet in l. post dotem num. 29. ff.sol.matr.

181 ¶ Consuetudo, ut probetur requiritur quod testes deponant de uisu actus, cuius consuetudo allegatur, & quod deponant de frequentia, & temporis diuturnitate, & actus tales factos fuisse ut appareat interuenisse tacitum consensum populi, communem asserit Dec.in con.489.nu.25.

182 ¶ Consuetudo etiam iniusta, excusat a pæna: Gomes.in cap.1.de consti.nu.131.lib.6. communem dicit.

183 ¶ Consuetudo introducitur per decem annos. Ias.in l.de quibus.ff.de legi.núm.47.communem dicit.concor.cum hac communi l.5.ti.2.par.1.ibi diem, o uiente annos. intellige istam communẽ quando est preter ius. Io.mona.de iur.patro.li.1. num.17.communem dicit ex glos. in c.fi. de consue.li.6.

184 ¶ Nota quod adhoc quod consuetudo introducatur non requiritur quod in contradictorio iudicio introducatur: Panor.in c.fi.nu.16. communẽ dicit: quem refert Tiraquel.de primo geni.q.91. infin.

185 ¶ Consuetudo specialis non uincit legem.Ias. in d.l.de quibus nu.50.communem dicit.

186 ¶ Nota quod simile consuetudinis non uincit legem. Ias.in d.l.de quibns num.14.communem dicit.

187 ¶ Consuetudo, adhoc quod obliget uniuersitatem ad aliquid faciendum, requiritnr quod introducatur sciente; ac consentiente tota uniuersitate,

sitate, uel saltem maiori parte. Io.de Ripa de legi.li.1.respon.20.nu.7.communem dicit.

188 ¶ Consuetudo operatur circa decimarum quantitatem, & si minus decima soluatur. Balbus de presc.par.5.q.5.communem dicit.

189 ¶ Cōsuetudo potest facere inhabilem qui aliàs erat habilis de iure communi, ad contrahendum matrimonium. Coua.in epi.4.c.6.§.9.numer.19. communem dicit ex glo.in c.super his de consan. & affin.

190 ¶ Consulens aliàs facturo, non tenetur de delicto postea commisso.Imol.in c.1. de offi.deleg. Feli.in cap.sicut dignum de homic. nu.7. Panor. in cap.nuper de sent.exco.communem dicunt; licet Panor.ibi teneat contrarium. Hyero.Cagno. in l.consilij non fraudulenti num. 9.ff.de reg. iur. dicit quod consulens non facturo, tenetur in totum: consules autem facturo, mitius punitur:& hanc distinctionem tenet etiam Deci.in d.c.1.nu. 9.& communem dicunt.

★§ Nota istam communem ad intel.l.2.ti. 2. par.7. loquētis de consulente ad crimen læsæ maiestatis & l.1.& 9.ti.7.par.7.de consilio falsi, uel falsæ monetæ. & l.4.& 18.ti.14.par.17.de consulente filiū, aut seruum circa furtum domesticum.

191 ¶ Contractus cui relinquitur in arbitrium alicuius: si est formatus,ualet. aliàs non. Cur.iuni. consi.126.num 13.communem dicit.

192 ¶ Contractus permutationis dicitur in quo cōtrahentes intenderunt permutare: etiam si interueniat prętium. Boe.decis.144.num. 1. communem dicit.

193 ¶ Contractus celebratus pro se, & filijs & hæ-

redibus, non comprahendit extraneos hæredes. Alex.consi.56.num.2.uol.2.magis communem dicit ex Butr.in c.dudum, de electi. & in cap. examinata, de iudic.

194 ¶ Contractus est licitus, si dentur monasterio quinquaginta ducati, ut alatur per totam uitam. Ias.in l.cunctos populos.num.63. in princip.lecturę.C.de summa trini.communem dicit.

195 ¶ Contrarietas in iure non est admittenda: immo potius superfluum. Iuni.consi.74.nu.13. communem dicit. Et si contrarietas sit inter ius canonicum & ciuile in non concernentibus peccatū; ius canonicum obseruatur in terris ecclesiæ: ciuile autem in terris imperij. Cur.iuni.consi.136. num.4.communem dicit: Deficiente iure regni reccurrendum est ad ius canonicum, & non ad leges. Io.lupus in re.iu.de donat.inter uir.& uxo. colum.6.

196 ¶ Contumacem non notorium, uel manifestū iudex non potest multare sine citatione, Aret.in ca.1.nu.61.de iudic. testatur communem ex Bar. in l.11.ff.si quis in ius uocat.non ierit.

197 ¶ Cōuentio inter duos de succesſione alicuius diuidenda, non ualet: etiam cum iuramento: nisi de consensu illius de cuius succesſione agitur. & in uoluntate usque ad mortem durante. Iuni. consi.98.num.3.communem dicit.

198 ¶ Amplia istam communem ad pactum de hæreditate uiuentis, etiam inter filios. Ias.in l. de quæstione.C.de pactis num.5. communem dicit.

*§ Concor.hæc ampliatio cum l.13.ti.5.par.5.

199 ¶ Copulæ natura est ampliare quantum potest, etiam si ponatur inter duo substantiua absque relatiuo.

latiuo. Ripa de ref.c.2.nu.47. communem dicit.

200 ¶ Copulatiuè quando plura ponuntur, quorũ unum uenit ut accedens seu qualificans, aliud oportet probare utrunque Ripa in d. c.2. num. 59. communem dicit.

201 ¶ Copulatiuorum, non requiritur concursus: quando ponitur copula inter personas inter quas cadit ordo charitatis. Ripa nu.54. cõmunẽ dicit.

202 ¶ Correctio fraterna caddit sub precepto peccati mortalis. Prep. in c. si peccauerit 2. q.1. Are. in c. noui. de iudi. communem dicit.

203 ¶ Correctus in casibus, in quibus non potest interrogari de alijs, facit ut iudex posit inquirere. Mar. Anto. in trac. de indic. & tortu. 389. communem dicit.

204 ¶ Correlatiuorum idem est iuditium, etiam in pænalibus. Io. Nico. in l. generaliter num. 26. C. de secun. nupt. communem dicit.

205 ¶ Corrumpens libros archiui publici, comprehenditur sub pæna legis si quis. ff. de iurisd. omni. iudi. Ias. in d. l. nu. 40. communem dicit.

206 ¶ Creditor non dicitur, cui ex delicto, uel legato debetur. Ripa in rubr. ff. si cer. peta. num. 92. communem dicit. quæ facit ad intel. l. 2. ti. 8. li. 3. fo. ll. & aliarum legum de quibus in uerbo condemnatus.

207 ¶ Creditor, adhoc quod posit habere regressum contra fideiussores, uel contra tertios possessores, requiritur non solum denunciatio nuntij posita in actis quod non inuenit bona debitoris: sed requiritur pronunciatio iudicis. Ias. in l. stipulatio. §. habet autem nu. 7. ff. de noui. ope. nũ. communem dicit.

208 ¶ Creditor, cui fuit promiſſum certa die ſoluere, uel dare pignora: adueniente die, poſt precisè cogere debitorem ad ſoluendum. communẽ inquit Rip. in l.4.§. ſi exqueſtione nu.9.ff. de re iudic.

209 ¶ Creditor qui merces uendidit debitori ex quo contractu ortum fuit creditum: ſi debitor fugit, nõ eſt potior in re uendita alijs creditoribus prioribus. uterque Imol. in l.ſi cum dotem.§.fi.ff. ſolu.matri.& Fanus de pigno.& Hypol. in 5. par. mem.2.num.8. communem dicit.

210 ¶ Amplia iſtam communem ad creditorem ex mutuo, qui non eſt potior in re empta ex pecunia mutuata. Anto.de fano in 2.par.mem.1.num. 13.communem dicit.

211 ¶ Limita primo, ſi pecunia fuit mutuata ad illã rem emendam. Fanus in 5.par.mem.2.nu.8.communem dicit.

* 5 Concor. cum l.30.ti.13.par.5.& intel. prout in communi ſequenti & vi. l. 27. & 28. & 29. eiuſdem tituli.

212 ¶ Reſtringe iſtam limitationem quantum ad actionem perſonalem: non habens hypotecam etiam generalem, profertur creditori ex mutuo ad rem emendam: cum actio mutuantis ſit perſonalis: & non preiudicat actioni reali. idem Fanus num.8. communem dicit.

213 ¶ Limita ſecundo, in re empta ex pecunia æccleſiæ. Io.de Ripa in l.iuris conſulto nu. 6.ff. in qui.caſi.pig.uel hypot.contrah.communem dicit. & uid.per eum regulas, & limitationes alias.

114 ¶ Creditor cui datus eſt fundus pignori, cui anexum eſt ius patronatus beneficij: non poteſt

praeſentare

præsentare. Io.igne.in l.1.§.seruus pignori nu. 3.ff.ad fill.commmunem dicit.

§ De iure regio est l.9.ti.11.par.1.quę uidetur disponere contrarium etiam in locatore: sed dictã legem intellige in pignore, in quo non est spes luitionis: de quo per Io.igneum in d. §. seruus, num.8.& in locatore non ad modicum tempus p glos.in c. ex litteris de iu.pa. & Pau. de castro consi.361.uol.1.& Cesar.lamb.de iu. patro.ar. 2. q.8.par.2.li.1.

215 ¶ Creditore succedente debitori confunditur actio hypotecaria Io.Cora.in l.frater a fratre nu. 20.ff.de condi.indebi.communem dicit.

216 ¶ Credulitas etiam fatua excusat a pæna doli Cur.iuni.consi.19.num.4.communem dicit.

D

1 DAmnatus de crimine ciuiliter efficitur infamis. Io.de Imol.in l.infamem.ff.de publi. iudic.communem dicit.

§ Concor.cum l.2.ti.6.par.7.in fin.

2 ¶ Damnum emergens ex contractu matrimonij, non potest peti, nisi dolosè pars se habeat Panor. in c.gemma desponsalcommunem dicit.

3 ¶ Dans pecuniam, non præsumitur animo donandi; Soci.in l.cum quid.ff.si cer. peta. communem dicit.

4 ¶ Fallit si est in parua quantitate. Io.lupus in repe.rub.de donat.inter uir.uxo.col.30.§.11.nu.1. communem dicit.

5 ¶ Data re in solutũ creditori debitor ulterius nõ admittitur ad reluendum. Deci.consi.558.col.1.

uersi.in cōtrarium tñ Datio cohæredis extranei li cet non tollat suitatem quantum ad impediendū transmissionem, tollit tamen suitatem quantū ad confirmationem pupillaris substitutionis; communem ait Rip.in l.1.nu.166.ff.de vulg. &.pup.

6 ¶ Debitor si impetrauit moratoriam exceptionem, debitores illius possunt uti eadem exceptione contra eum.Io.de Ripa in Rub. de rest.nu. 4.communem dicit.

7 ¶ Nota quod iste debitor qui impetrauit moratoriam exceptionem debet prestare cautionem creditori. Pirrus consue.aure.de executione ex locato.c.18. communem dicit ex l.uniuersa.C.de præci.impe.offeren.ubi etiam Ias.dicit quod non præiudicat hęc exceptio credito iurato.

8 ¶ Debitor alteratiuè ex stipulatione, quando uerba stipulationis ad ipsum referuntur: potest eligere quem maluerit. Io.de Ripa in l. inter cæteras nu.70. de ref.communem dicit.

9 ¶ Debitor obligatus alternatiuè ad dandum animal, uel centum satisfacit: si tempore solutionis, sit animal debilius quam tempore obligationis. Iuni.cons.24.communem dicit.

* §. Nota istam communem ad corroborationem l. 2. & 9. & 39.ti.14.par.5.ubi cauetur quod obligatus ad dandum animal ad certum tempus, si interim moriatur animal sine fraude obligati liberatur, Et plus dicit d.l.39.quod prommittens æquum, aut mulum, quod uno mortuo extinguitur obligatio: & non tenetnr ad dandum alterum, Et de istis debitis alternatiuis uid.l.24.ti.11 par.5.& l.23.ti.9.par.6.& l.22.ti.15.par.7. & Afflictum in decis. Neapo.397.

Debitor

10 ¶ Debitor alternatiuè ex ſtipulatione, quando uerba ſtipulationis ad ipſum referuntur: poteſt eligere quem maluerit. Io. de Ripa. in c. inter cęteras num. 70. de reſ. communem dicit.

11 ¶ Limita in obligato in paſcha ad dandum centum, aut pignus: quia nõ ſatisfacit dando pignus: ſed compellitur præcisè ad centum. Iaſ. in l. ſi ſe obtulit. §. ſi ex conuentione num. 6. ff. de re iud. & Io. de Ripa in d. c. inter cæteras cõmunem dicũt.

12 ¶ Debitor coactus per ſuperiorem; ut ſoluat iniuſtè ob iniuriam creditoris periculum eſt creditoris. Iaſ. in conſ. 27. uol. 3. communem dicit.

§ In ſimili dicit l. 7. ti. 8. par. 5. quod ſi aliquis habet uineam; uel arbores alicuius & ad iniuriam ſuam inimici eius fecerunt aliquod damnum: tenetur ad damnum domino.

13 ¶ Debitor obligatus ad dandum certam quantitatem, ſoluendo partẽ, liberatur in parte, ſi creditor uelit accipere: aliàs nõ. Alci. in l. 2. §. & harum. ff. de uerbo. oblig. communem dicit.

14 ¶ Debitor in quantitate non liquida poteſt offerre certam quantitatem, & dare fideiuſſorem de reſiduo, ſi apparuerit plus debere. Cur. Iuni. cõſi 122. num. 69. communem dicit.

15 ¶ Debitum ciuile tantum, quocunque errore ſi ſoluatur: ſemper repetitur. ut in obligatione litterarum confeſsiones mutuæ ſub ſpe. futuræ numerationis ex qua naſcitur ante biennium ſola ciuilis. Iaſ. in l. cum quis nu. 5. C. de iur. & facti. ignoran. communem dicit.

16 ¶ Decretum præſumitur factum ſolemniter, & ex iuſta cauſa: & uera. Alci. in trac. de præſump. re, 3. præſum. 10. communem dicit.

17 ¶ Nota, decretum interpositum esse causa cognita, statur assertioni iudicis asserentis. Aymon de antiq.tempor.in 2.par.in uerbo sed ista limitatio. nu.15.communem dicit.

18 ¶ Delegatio potest fieri ut petat consilium alicuius tertij: etiam si sit sub delegatio. Feli.in ca. si pro debilitate de offi.delega.communem dicit.

19 ¶ Delegatio dicitur quando aliquis dat debitorem suum, uel expromissorem, etiam non debitorem: per quem delegans liberatur Aret. consi. 5.num.1.& Affli. deci. Neap.353.num.4.communem dicit ex Bar.in l.de legari.ff. de couatio. 12.

20 ¶ Delegatus post tempus datum ad cognoscendum, potest proferre sententiam; si pœna est apposita iudici non determinanti. Feli.in c. de causis de offic.de leg.communem dicit.

21 ¶ Delegatus post sententiam latam, non habet plus cognitionis. Feli.in c.ex litteris de offic.de leg.communem dicit.

22 ¶ Fallit primo, si non obseruauerit formam mandati: quia etiam post sententiam potest reuocare acta, & de nouo cognoscere. Feli.in c.qualiter & quando de accusat.communem dicit, & Ripa in l.quod iussit. col.14.num.66.ff.de re iudi.

23 ¶ Fallit secundo, quia potest mandare executioni suam sententiam. Panor.in c.significasti de offic.de leg. Anto.de tremo. in addi.ad bona in pra cti. exceptio. in rubr. de ref.num. 4. communem dicit.

24 ¶ Amplia dictam limitationem, non solum quo ad suam sententiam, sed etiam illius qui uice sua iudicauit. Ias.in l.cum specialis num.5.C. de iudi.communem dicit.

Restringe

25 ¶ Restringe istam limitationem, & ampliationem in delegato principis: nā legatus inferioris non potest mandare executioni suam sententiam: tamen admonere, & excommunicare potest. Feli.in c.significasti de offic.de lega.communē dicit.

26 ¶ Delegatus principis, siue ante, siue post litem contestatam, potest facere citationem realem, seu personalem. Cur.iuni.in l.2.num.39.ff.de iurisd. omni.iudi.& Ias.in l.cui iurisdictio num.22.ff.eo.ti.communem dicunt.

27 ¶ Delegatus inferioris a principe non potest, siue ante, siue post litem contestatam; facere citationem personalem. Iuni.in d.l.2.num. 18. communem dicit.

28 ¶ Fallit, si timetur de fuga. idem ibi. num.30. communem dicit.

29 ¶ Delegatus datus sub nomine dignitatis, non transit ad successorem quando quis habet dignitatem non nomine proprio. Ias.in l.more.num.65. ff.de iurisd.omni.iudi.communem dicit.

30 ¶ Delegatus non potest minuere, nec augere quadrimestre quod datur iudicatis ad soluendum Ias.in l.qui.tribubali num.5.ff.de re iudic.communem dicit.

31 ¶ Delegatus potest sibi eligere locum ubi ius dicat. Iuni.in Rub.ff.de offi.eius cui man.est iurisd. nu.22.communem dicit.

32 ¶ Delegatus, quando est periculum in mora: ut in insigni latrone, potest imponere pænā mortis. Iuni.in l.1.ff.de offi.eius cui. nu.65. communem dicit. Et plus dicit Alci.in c.quod sedem nu. 83.de offi.ordi.esse communem opi. quod delegato mæro imperio in casu in quibus delegatio subsistit:

sistit: de legatus potest procedere ad ultimum supplitium.

33 ¶ Delegatus non potest mittere in possessionē ex primo decretro. Ias.in l.iubere num. 18.ff. de iurisdomni.iudi.communem dicit.

34 ¶ Delegatus inferioris a principe post litem cō testatam potest subdelegare tam in ciuilibus, quā in criminalibus. Petr.nuni.de exeq.mand. Regū c.1.fol.10.col.4.communem ait, ex glos.in l. uni ca.C. qui pro sua iurisd.

35 ¶ Delegatus etiam a principe, non potest subde legare cum potestate subdelegandi: quid potest ordinarius. Maran.in trac.de ord.iud. parte quar ta nu.58.communem asserit ex Ias.in l.1.de offic. eius.

3 ¶ Fallit secundo, cum collecta imponitur pro redimenda uexatione imposita tam laicis, quã clericis: & sic pro bono cõmuni totius reipublicę. Io. de Ripa de ref. li.2. ca.20.num.70. communem dicit.

*§ Concor.cum l.1.ti.3.li.1.ordi.& cum d.l.52.

*§ Fallit tertio, in clerico coniugato qui tenetur ad collectas l.13.ti.1.li.1.ordi.& hoc est de iure communi: cum non gaudeant nisi priuilegio fori, & canonis c.1.de cler.coniug.li.6.

*§ Fallit quarto, in gabellis quæ apud nos dicitur Alcauala: quia clerici uendentes, tenẽtur ad illas d.l.13.& l.4.ti.4.lib.6.ordi.quæ leges sunt corruptæ per l.3.in quaternione de gabellis.ubi disponitur idem quod de iure communi. est statutum in c.fi.de ui.& honest.cleri.quod clerici qui se abstinent a negotiis: gaudent priuilegio clericali. immiscentes autem tenẽtur ad dictas gabellas soluendas. Et nota, quòd in casu in quo clericus tenetur ad dictas gabellas: laicus qui emit, tenetur ad illas soluendas: iuxta dictam legem quartam. & in hoc non est reuocata ad instar illius qui emit ab extraneo qui tenetur retinere gabellas. ut habetur in l.100.d.quartæ.

Nota quod si bona retenta ab ecclesia, uel a clerico, transeant ad laicum: tenetur laicus ad omnia onera. quia mutata persona, mutatur qualitas rei l.Paulus & l.licitatio.ff.de publ.uecti.Deci.in l.omnibus nu.2.ff.de reg.iu.& Ripa in li.2.de ref. cap.72.num.17.communem dicit. Et sic arrendatores fructuum ecclesiarum tenentur ad gabellas,

ad quas clericus non tenetur. ut in expresso tenet. Archi.in c.quanquam de censi.in 6. & Ias. in authen.quas actiones num.41.C.de sacro.sanc.ecclesi. quod intellige, quando res quę transit ad alium:non est exempta: si tamen sit immunis, ad quemcumque transeat:non collectabitur. ut dicimus de re empta per ignobilem a nobili: quod si res est exempta a collecta:ignobilis non tenetur. ut per Io.Andr.in addit.ad Specu.de censi. per l. ætatem.§.rebus.ff.de censi.quam refert Tiraquel. de nobili.c.20.num.165.& nota pro intel.d.l.73. ti.1.li.1.ordi. ubi dicit quod clericus emens tenetur ad gabellas: ex qua lege colligitur quod emptor teneatur ad gabellas.illud est conforme iuri comuni:ut per decis.tholos.451. per l.debet.ff. de ędili edicto. quæ per plura comprobat ei9 addit. Sed tamen contrarium est determinatum de iure regio per l.2.d. quater.de gabel. ubi disponitur ꝙ uenditor teneatur ad gabellas,& non emptor. Nota quod cum in d.quater. l.1. taxat gabellã in decima parte rei uenditæ: Illa decima pars debet intelligi deductis expensis proxenetæ, & aliorũ & sic si uendita est pro centum, & proxeneta habuit decem: nonaginta erit pretium. ut ab illis deducatur decima. ut per Bart.in l.sed si.§.cuidam. ff.de condi.& demon.quem refert Gomez. in l.8. num.10.in decis.tau.& tenet Ias.in l.non amplius ff.de le.1. Item nota aliud notabile in hac materia: ꝙ si partes dissentiant de uenditione nondũ res traddita,non debetur gabella: quæ per plura comprobat. Caro.Moli.in consuet.feuda.ru.1.§. 3.glos.5.q.2.per totum. quod intelligendum est per tradditionem ueram, non tamen fictam. ut

notant

notant Alber.Fulgo.Pau.& Iaſ.in l.ab emptionē ff.de pactis: Et hanc dicit ueriorem d. Molin. d. nu.15.licet contrarium uidetur tenere Bal.& Angel.in d.l.ab emptione & alij quos refert d.Caro. Molin.& Anto.Gomez.in l.45.tau nu.95. Sed uide plura de hoc per Tiraquel.de conſti.l.26. par. 3.num.6.& quæ habes in uerſ.emphitetoa.

4 ¶ Eccleſiæ non infert pæna exilij, propriè loquēdo, Alci.in c.cum non ab homine nu. 110. de iudic.communem dicit.

5 ¶ Eccleſiæ res in caſu, in quo poteſt dari in emphiteoſim, poteſt concedi in perpetuum filijs, & nepotibus, & ſucceſſoribus. nō tamen extraneis Ludo.Gozad.conſi. 25. num. 20. ait communem ex Panor.in c.in præſentia de probat. num.29.

6 ¶ Eccleſia præſcribit contra eccleſiam. Iaſo.in authen.quas actiones num. 13.C. de ſacro.ſanc. eccle.communem dicit.

7 ¶ Nota quod hæc præſcriptio qua utitur eccleſia contra aliam: debet eſſe quadragenaria. Balbus de preſ.par.5.in princ. commmunem dicit.

8 ¶ Eccleſia infra quadriennium, reſtituitur aduerſus preſcriptionem à tempore læſionis. Iaſo. in d. authen.nu.33.communē dicit. & preſcriptionis completæ, Balbus in 5.par.q.2.communem dicit.

9 ¶ Nota quod quadriennium quod datur ad reſtituendum eccleſiæ,non currit in uita prelati alienantis. Balbus ibi communem dicit. uid. in uerbo abſens num.2.cum ſequentibus.

10 ¶ Eccleſia ſucced ns priuato, contra quem erat inchoata preſcriptio decem,uel uiginti annorum preſcriptio perficitur: ſecundum priuilegium eccleſię.Iaſ.in d.authē.quas actiones nu.36.& Balbus

bus in d.q.2.communem dicunt.

11 ¶ Ecclesia habebit bona præmorientis, non expectata morte alterius: cum uir, & uxor ingressi sunt monasterium: statuentes quod bona sua post mortem illorum uenirent ad ecclesiam. Ias. in l. cũ quidam nu.7.C.de impub.& alijs substit. communem dicit.

12 ¶ Ecclesiæ uaccantis bona administrabũtur per Episcopũ, uel instituere ualentem. Panor. in c. nu.12.de appel.communem dicit.

13 ¶ Ecclesiasticus iudex potest compellere iudicẽ laicum, ut prestet sibi auxilium per excommunicationem laicus tñ non compellit clericum ad prestandum. Alci.assent communem in c.perniciosã, nu.123.ex,de offic.ordi.

14 ¶ Edere sententiam, uel acta, potest compelli pars appellata per iudicem appellationis sub pæna priuationis. Iaſ.in l.is apud quem num.12. C. de æden.communem dicit.

15 ¶ Edere tenetur reo actor instrumenta, ac rationes ad fundandas suas exceptiones. Iaso.in l.& quæ a diuo num.1.de ęden.communem dicit.

16 ¶ Aedenda non sunt instrumenta actori per reũ ad intentionem suam fundandam etiam: si reus sit fiscus. etiam si pæna sit pecuniaria. Ripa. in l. 1. de æden.num.11.& in l.is apud quem num.22.eo. ti. communem dicunt.

17 ¶ Fallit primo, in ecclesia. Ripa in d.l.1.nu.13. communem dicit.

18 ¶ Fallit secundo, in actore agenti pro matrimonio, pro dote, pro alimẽtis, pro libertate propria; idem Ripa num.13.communem dicit.

19 ¶ Fallit tertio, in mercatore, uel in eo qui de necessitate

cessitate offitij tenetur conficere librum. Iaso. in l.1.C.de æden.num.55.communem dicit. & uid. in uerbo rationem num.4.

*§ Concor. cum l.17.ti.2.par.3.

20 ¶ Editio instrumentorum fit non iure actionis, sed offitio iudicis. idem Ripa num.20.in d. l. 1.& Decius num.19.communem dicunt.

21 ¶ Edendus est libellus reo suis expensis, & non actoris. Ripa in d.l.ædita num.12.C. de æden.cõmunem dicit.

22 ¶ Edictum, facta presentatione benefitij, est ponendum iuxta c.fi.de elect.in vi.Lamb. de iur.patro.par.2.ti.2.q.6.ar.2.num.4.communem dicit.

23 ¶ Edificare potest dominus aream in qua cadit stillicidium: dummodo seruitus stillicidij non impediatur: & ædificans stillicidium recipiat. Bello. con. 61. nu.5.communem dicit. ex glo.& Bar. in l.seruitutis.§.si seruitus.ff.de serui.& Soci. consil.141.

24 ¶ Edificare castrum ad æmulationem priuati, nulli est licitum Boe.dec.320.num.9.communem dicit.

25 ¶ Item nec edificare, ut uideat hortos religiosorum, aut monalium nemo potest. Boe. ibi.cõmunem dicit.

26 ¶ Edificiũ factũ in re dotali, nõ cedit solo: quãuis medietas expensarum sit alterius coniugis. Boe.in consue.bitu.in reg.descostumes delinaria Ies.§.2.communem dicit ex Iaso. in l.senatus.§. Marcellus.ff.de le 1.

27 ¶ Electus de consensu partium, uel de mandato iudicis, ut secundum peritiam artis deponat, debet iurare: aliàs non stabitur eius responsioni.

Crotus in tract. de testi. in 6. parte. communem dicit.

* § Nota istam communem ad ampliationem l. 23. ti. 6. par. 3. de teste non iurato deponente, de quo in uerbo testis num. 93.

28 ¶ Nota, quod licet cum iuramento deponat: nihilominus probatio in contrarium admittitur. Alexan. in l. qui bona. §. qui damnum. ff. de damno infecto. communem dicit. Et uid. Coua. in reso. li. 2. cap. 13. num. 4.

29 ¶ Item nota, quod partes non sunt citandę ad uidendum iurare, uel ad depositionem illius qui de arte deponit, uel de consensu ambarum partium. Deci. in c. 2. de testi. communem dicit.

30 ¶ Limita istam communem: si persona est electa absente parte: quia licet posit eligi a iudice, uel a parte, absente alia parte, & ualet electio. ut per Bar. communiter approbatum in l. Theopompus. de dote prelegata. C. tamen si absente parte fuit electa: debet pars citari ad uidendum iurare Feli. in c. quia iudicante de prescrip. communem dicit.

31 ¶ Electio prelati mortui potest fieri ante sepulturam: Guid. Papa consi. 206. num. 1. communem dicit.

32 ¶ Item de nocte ualet: licet sit in honestum. Io. de Ripa de res. li. 2. cap. 13. num. 5. communem dicit.

33 ¶ Electio in ultimis uoluntatibus est inuariabilis. Cur. iuni. consi. 159. num. 1. commmunem dicit.

* § Concor. cum ll. 15. & 16. ti. 9. par. 6.

34 ¶ Emancipatus pro parte non potest quis esse. Alci.

Alci.de præsum.reg.2.pręs.2.nu.4.cōem dicit.

35 ¶ Emens rem alienam a fisco, statim est securus, ut tertius pretendens hæreditatem ad eum pertinere, habeat recursum contra fiscum, & non contra ementem. Bello.consi. 51.in fin. communem dicit. quam intelligit dictus Bellonus in casu in quo liquidatur dicta communis: secus tamen, si fiscus uendidit tanquam uacantem, quæ non uacabat. & non habet locum .l.bene a Zenone .C.de quadrien.prescrip.

36 ¶ Emens certos redditus pro uita, ualet emptio ratione incertitudinis uitæ. Iaso.in l.1. de summa tri.C.num.63.communem dicit.

37 ¶ Emptor secundus cui res tradita est: prefertur primo, etiam si uendens sit persona ecclesiastica, Iaso.in l. quotiens de re. uendi.C. numer.19, communem dicit.

* § Nota istam communem ad ampliationem l. 50. ti.5.par.5 .quæ concordat cum d.l.quotiens. Et uide aliam ampliationem in uer,iuramentū nu.137

38 ¶ Emptori non tenetur uenditor de euictione. quæ non fuit demandata etiam si sciat litem moueri. Alexan.in l.2.§. uoluntatem num. 12.ff. solut. matrimonio. & Io.de Ripa in cap,cum in de consti.num.166.& Petr.Raue.in alpha. aureo in uerbo uendere .communem dicit. & Rauena ponit duas limitationes.

* § Nota istam cōem cū sequētibus ampliationibus ad intel.& ampliationem l. 32. ti. 5. par. 5. & l. 7.ti.10.fo.ll.li.3. Et uid.l.36.ti.5.par.5.ubi ponit casus in quibus uenditor non tenetur de euictione. Et uide l.21.ti.8.par.5.de conditore impedito uti, & frui re locata.

39 ¶ Amplia primo, quod non solum requiritur ꝙ denuntiet litem esse motam emptor uenditori: sed tenetur offerre libellum, & citationem in authentica forma. Io.de Ripa in d. cap. cum m.de consti.num.163.communem dicit.

*§ De iure regio emptor tenetur saltem ante publicationem denuntiare uenditori: aliàs non tenetur uenditor l.32.ti.5.par.5.

40 ¶ Item non solum requiritur quod denuntiet litem esse motam, sed requiritur etiam quod protestetur. quod ueniat ad litem recipiendam: Ripa ibi num.165.communem dicit.

41 ¶ Nota quod si absente uenditore emptor protestetur. quod non potest uenditor inuenire ad faciendam denunciationem: hæc protestatio non ei adiuuat, si ueniente uenditore non denuntiet: quia uidetur a protestatione recessisse. Iaso.in l. de pupillo.§.siqus ipsi num.4.ff.de noui.ope.nunt. communem dicit.

42 ¶ Emptor qui non denunciat litem motam uenditori: nullum ius defendendi habenti: non potest agere contra ipsum de euictione. communem dicit Dec.consi.74.col.fin.

43 ¶ Emptor rei Ecclesiasticæ non gaudet immunitate gabellæ: licet ecclesia gauderet communẽ testatur Andr.Tiraquel.de Retrac.ti.1.§.1. glos. 13.num.12.

44 ¶ Emphiteoticus contractus de necessitate requirit Scripturam. Ias.in l.1.nume.61.C.de iur. emphi.communem dicit.

45 ¶ Emphiteoticus contractus de substantia, non requirit quod certa quantitas prestetur. Iaso.ibi nu.3.communem dicit.

Emphiteo-

46 ¶ Emphiteotica res presumitur, si possidens tãquam emphiteoticam, diu soluerit canonem. Ias. in d.l.1.num.55.communem dicit..

47 ¶ Diu in hac materia dicitur ad causandam hãc presumptionem quando lapsi sunt triginta anni, Iason ibi eo.nu.155.communem dicit. Et idem dicit Balbus de pres.in 3.par.q.10.col.16.num.36.

48 ¶ Nota quod emphiteosis perpetua presumitur precessisse solemniter: si diu fuit possessa res, tanquam emphiteotica. si res erat priuati: secus tamen, si erat ecclesiæ: quia non presumitur perpetua, sed usque ad tertiã generationem. Balbus de prescr.par.3.q.10.co.16.num.35.

49 ¶ Emphiteosis si finiatur, quia finitæ sunt generationes, consanguineus emphiteotæ, potest petere a prælato, ut renouet emphiteosim, & facit iniuriam non reuocando, & potest adiri superior per uiam appellationis, uel querelę, ut compellatũ renouare, Barbat.in c.1.num.18.de locat.dicit cõmunem ex Bar.in l.ait prætor.§.permittitur.ff.de aqua quotid.& esti. Quam intelligit Panor. in c. bonæ el 11.de postul.prælat.num.28.quando prelatus extraneo vult conferre, secus tamen si apud se vult habere. Et uide octo limitationes ad istam communem per Corsett.in addit.Abb.ibidem in uerb.renouationem.

50 ¶ Emphiteosis concessa usque ad tertiam generationem, expletam comprehendit non solum Nepotes, sed etiam pronepotes. si tamen concedat in tertiam generationem: non comprehendit nisi nepotes Lud.Gozad.consi.25. numer.17. communem dicit ex Alex.consi.125.uol.5.

51 ¶ Emptheosim recipiens ab Ecclesia rem pro-

priam, non ut propriam, sed ut rem Ecclesiæ cō tractus non ualet, communem dicit Fran. Ripa in l.si aliquam num.34.ff.de acqui.possess.

52 ¶ Emphiteosi finita per generationem, & non propter culpam, Emphiteota retinet melioramē ta, communem ait Dec.consi.518.colum.1.nu.2. & per totum.

53 ¶ Emphiteosis ecclesiastica quæ secundum consuetudinem solet dari usque ad tertiam generatio nem masculinam, si datur usque ad fæminam, uel in perpetuum uitiatur pro parte pro qua non erat consuetudo: ualet tamen quo ad aliam partem. Ias.l.qui rem aliquam.C.de sacro.san.eccle.nu.21 communem dicit l.licet sibi non placeat. Decio tamen placet num.22.& nota unam conclusionem per eum tradditam ibi num.19.& 20.quod res ecclesiastica quę solita est dari in emphiteosim: potest concedi absque sollemnitate.per tex.in c.2.de feu.& ibi Abbas: & solitum probatur per duas uices concessas intra quadraginta annos per Bal. in l.de quibus.ff.de legi.

54 ¶ Emphiteosis ecclesiastica pro filijs, & nepotibus transit ad eos: etsi non sint hæredes.Cur.iuni. consi.78.num.4.communem dicit.

55 ¶ Amplia, etsi filius repudiet hæreditatem.Alc. de præsum.reg.1.pres.31.in princ. cōmunē dicit.

56 ¶ Amplia secundo, etsi non sit facta de filijs mentio: quia in dubio presumitur & pro filijs recepta Ias.in l.emphiteotecarijs num.188.C. de iur.emphi.communem dicit. Et ideo cum indistinctè conceditur nō transit ad hæredes extraneos. Cur. iuni.consi.130.num.5.communem dicit. & Deci. in consi.171.& Segura.magis communem dicit.

in

in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga.& pupil.nu. 160.& Anto.Rube.in repe.§.quidam rectè de liber.& posthu.ff.col.69.uersi.penul.colligitur conclusio Deci.ex consi.411.

57 ¶ Amplia istam secundam partem istius communis:quia sicut tacitè non comprehenduntur hæredes extranei in cõcesione emphiteotica de reb⁹ ecclesiæ:ita nec expressè potest concedi ut ad extraneos transeat. Anto.Rube.in .§. quidam rectè d.l.Gallus.ff.de lib.& posthu.col.74. communem dicit ex Decio consi.71.

58 ¶ Restringe tamen istam ampliationem, si concedatur in perpetuum cum solemnitate.c. fine exceptione: quia tunc potest concedi . ut transeat ad hæredes extraneos.idem Anto.rube. colu. 74. ex Decio in d.consi.71.communem dicit.

* § Et ex hoc dicit dictus Segu. ibi quod stante l.9. fo.ll.ti.delas mandas, quod stantibus liberis,non potest testator tertiam bonorum legare extraneis quod si fiscus succedit in bonis defuncti, non succedit in d.tertium:& ad corroborationem d.l.9. est l.25.tau. uide infra in uerbo, fiscus,num.105. Et nota quod emphiteosis priuati si sit concessa tali lege,quod non transeat ad extraneum: si bona emphiteotæ confiscentur,non transit ad fiscum.Segu.in d.§.num.262.communem dicit. ex Bart.in l.si finita.§.si de vestigalibus.ff.de damno infecto.

59 ¶ Amplia istam restrictionem, si recipiatur emphiteosis pro se, & pro hæredibus quibuscumque: quia tunc comprehenduntur hæredes extranei. Anto. rube. in d.§.quidam rectè col. 37.uers. pro responsione communem dicit.

60 ¶ Restringe istam ampliationem secundam: si

aliàs sit apposita in emphiteosi clausula, & quibus dederit, quia tunc benè transit ad extraneos hæredes. Cur. iuni. consi. 130. nu. 2. communem dicit.

61 ¶ Amplia tertio, quod pater recipiens emphiteosim ecclesiasticam pro se, & filijs suis: non potest uni donare, nec signare. Sthepha. bertran. cõsil. 138. uol. 2. quem refert, & sequitur Addi. Alci. in trac. pres. reg 1. presum. 31. communem dicũt.

62 ¶ Amplia quarto, quod pater non potest uni ex filijs prelegare. Alexan. consi. 24. uolum. 4. magis communem dicit. Ias. autẽ in l. emphiteoticarijs de iure emphi. C. num. 211. distinguit: quem uide.

63 ¶ Amplia quinto, etiam si pater recipit emphiteosim mediante pecunia. Anto. rube. in rep. §. quidam rectè d. l. gallus de liber. & posthu. ff. col. 67. in fi. uersi. quartus casus. communem dicit. licet dicat in puncto iuris ueriorem esse contrariã per l. fi. ff. de assigna. liber.

64 ¶ Nota quod emphiteosis concessa pro se, & filijs, non facta mentione de hæredibus, non comprehendit fæminas Deci. in l. fæmine de reg. iur. communem dicit. & in consi 336. num. 3. quia in contractibus, appellatione filiorum non ueniunt fæminæ. Bar. in l. 1. ff. de uerbo. oblig.

65 ¶ Nota secundo, quod cum emphiteosis sit accepta per patrem pro se, & filijs & hæredibus: non potest succedere filius, nisi sit hæres. Alexan. in consi. 129. uol. 5. & Io. duran. in arte testan. ti. 11. cau. 10. communem dicit.

66 ¶ No. tertio, quod si pater acquisiuit emphiteosim a priuato pro se, & filijs: tunc acquiritur filijs ut hæredibus. Anto. Rube. col. 68. uers. quintus & ultimus casus, communem dicit.

Emphi-

67 ¶ Emphiteota alienās ſalua uoluntate domini, caddit de iure ſuo. Ripa.in c.cum m.de conſt. nu. 8 .communem dicit.

68 ¶ Amplia iſtam communem, etiam ſi non uerè tradit: ſed fictè per clauſulam cōſtituti. Tiraquel. de conſtitu.par. 3.limit.26.numer.6. communem dicit.

69 ¶ Fallit primo,ſi alienatio ſit facta ſaluo conſen ſu domini, non aliàs nec alio modo. idem Ripa ibi communem dicit.

70 ¶ Fallit ſecundo ſi non traddit: quia etſi alienet ſine conſenſu domini, non caddit a iure ſuo Iaſo. in l. cum dubitatur. num.132.C.de iur.emphi.cō munem dicit.

71 ¶ Nota quod ſi emphiteota alienat, & traddit: etſi celeriter redimat:cadit a iure ſuo. Iaſ.ibi nu. 135.communem dicit. quæ communis procedit de rigore iuris, ſecus de æquitate: præcipuè ſi do minus eſt eccleſia: quia clerici non debent in pæ nis eſſe tenaces: precipuè ubi eorum conditio non deterioratur.c.fraternitatis. 12.q.2.ſecundū Anto. de butri.con.34.in fi.quod nota.

72 ¶ Fallit tertio,quando fuit data poteſtas emphi teotę ut poſsit alienare cui uoluerit:quia tunc po teſt irrequiſito domino alienare.Iaſ.in l.3. de iur. emphi.C.num.7.communem dicit.

73 ¶ Fallit quarto, in donatione uel legato etſi ſit emphiteota, fiſci,uel priuati: poteſt legare,uel donare ſine eo quo denuntiet domino.Iaſ.in d.l.3. & in l.ſi domus.§.fi.num.31.ff.de lega.1. & Curt. iuni.conſi.130.num.8.communem dicunt. Et de ceptus eſt Io.duran.in arte teſtan.ti.6.cau. 46.di- cens Iaſonem,tenuiſſe contrarium. & ſecundum

Iaſo.

Iaſ.hæc denuntiatio non eſt ad finem ut ſpectetur dominus ſi uelit ſibi donari.ſed ad finem ut dominus recognoſcatur & ſibi ſoluatur laudimium ex approbatione,quam dominus facit: & cum hoc ſtat communis opinio; & ſic emphiteota, licet poſsit donare: non tamen traddere, ut tenet Caro.molin.in addi.ad Alex.conſi.120.in uerſi.donari. quod nota.

* § Nota has communes ad limitationem l.29.ti.8. par.5.

74 ¶ Amplia iſtam limitationem ad emphiteotam eccleſiæ: quia poteſt donare ſaluo iure eccleſię. Iaſ.in d.l.3.num.72.communem dicit. In poſſeſsionem tamen non poteſt eum inducere anteaquam eccleſia ſit certiorata Cur.iuni.in d. conſil. 130.in fi.quod nota.

75 ¶ Emphiteota priuatur per non ſolutionem canonis: etſi ſit unius numi. Iaſ.in l.qui rem alienā C.de ſacro.ſan.eccleſi.nu.16.communem dicit.

76 ¶ Amplia,etſi ignorabat rem eſſe emphiteoticā: & non ſoluit canones per tempus ſtatutum: cadit in commiſſum. ſed tamen reſtituitur.Io.de Imol. in cap.potuit de locato nu.56.communem dicit. Et uide in uerſi.reſtitutio.num.52.

77 ¶ Amplia, quod ſi plures ſint emphiteotæ: & unus non ſoluit canonem, etſi omnes alij ſoluant: cadunt in commiſſum. Alci.in l.2.nu.97. de uerbo.obli.ff.communem dicit.

* § Nota iſtas communes ad intel.l.28.ti.8. par.5.

78 ¶ Fallit primo, ſi dominus noluerit: quia tunc non cadit in commiſſum: & tertius non poteſt opponere quod non ſoluit canonem. Iaſ. in l.emphiteotecarijs.num.11.de iur.emphi.cōem dicit.

Fallit

79 ¶ Fallit secundo, si per impetum guerræ non potuit laborare agrum emphiteoticum: taliter quod nihil collegit, non tenetur ad pensionem: si tamē tantum collegit quod sufficiat pro pensione: ad totam tenetur. Imol. in ca. potuit de locat. quem refert Ias. in l. 1. de iure emphi. num. 92. C. & in l. possideri. §. in admittenda. ff. de acqui. posse. num. 6. communem dicit.

* § De iure regio in locatione l. 22. tit. 8. par. 5. disponit quod si inquilinus, propter impetum guerræ, uel aliàs, uel per alium casum fortuitum, non percipit fructus qui sufficiant ad soluendam pensionem: deductis expensis. si uelit, potest domino dare omnes fructus. & per l. 23. sequentem. si locatio est facta per duos, uel tres annos quod confertur fructus duorum annorum: & facta locatione deductis expensis, si superest pro pensione soluēda: dominus recipit. aliàs recipit quod superest tantum.

80 ¶ Fallit tertio: si inueniatur quod non soluit nisi unum annum, quia requiritur biennium continuum. unum post alium: secus tamen si interpellatur quia non cadit. Deci. consi. 138. num. 7. communem dicit.

18 ¶ Fallit quarto, si soluit per tres annos proximiores: quia presumitur soluisse per alios anteriores ab illis tribus. Curt. iuni. consi. 96. num. 5. communem dicit.

* § Nota istam communem etiam ad intel. l. 28. ti. 8. par. 5. & intellige istam communem, quando solutio trium annorum fuerit facta, quęlibet de per se unaquæque singulis annis. secus, si simul & semel soluisset secundum Bal. in l. 2. de dot. prommis. nu.

2. &

2.& alios quos congerit addi. q.235. in tholosa. decis.

82 ¶ Nota quod emphiteota & non dominus, tenetur probare soluisse canonem:licet negatio domini sit fundamentum suæ intentionis.Ias.in l.in emphiteoticarijs. num.132. de iure emphi.C. communem dicit.

83 ¶ Nota quod solutio probatur p duos testes.Ias. in d l. emphiteoticarijs numer. 134. communem dicit.

84 ¶ Nota quod si emphiteota promisit soluere pensionem sub certa pæna: dominus non potest consequi,si non soluit illa duo, uidelicet adiectionem, & pænam: nisi ad omnia se obligauerit emphiteota.Ias.ibi num.144.communem dicit.

85 ¶ Nota quod emphiteota non compellitur soluere in extimatione pecuniȩ alteratæ,sed in extimatione pecuniæ tempore contractus, Addi Angel.in l.cum quod.ff.de reb.cred.comunem dicit.

86 ¶ Emphiteota tenetur ad solutionem canonis, conditione ex lege zenoniana. Ias.consi.8.num.1 & in l.1.num. 68. de iure emphi.C. communem dicit.

87 ¶ Emphiteota priuati si deteriorat rem emphiteoticam: potest priuari. Ias.in l.qui rem aliquã nu.6.C.de sacro.san.eccle.communem dicit.

88 ¶ Amplia,ad cessionem arborũ, quia uassallus, uel emphiteota non potest scindere arbores. Ias. in l.diuortio.§.si fundum.ff.solu. matri. numer.4. communem dicit. ubi uide duas limit.

89 ¶ Nota quod si emphiteota priuatur emphiteosi,propter culpam suam; priuatur etiam melioramento: tamen si priuatur propter generationem finitam

finitam,uel propter tempus, non perdit melioramenta. Deci.in l.qui rem.C. de ſacro. ſan. eccle. num.14.communem dicit. Et quæ dicantur melioramẽta uide per Pau.de caſtro con.170.uol.2.

90 ¶ Emphiteotæ duo,ſi diuidant inter ſe: non debent ſoluere laudemium, uel quinquageſimam. Iaſ.in d.l.3.C.de iure emphi. nu.47. communem dicit.

91 ¶ Epiſcopus non eſt dandus niſi in magnis ciuitatibus. Alci.in c.pernicioſam de off. ordi.nu.2. communem dicit.

92 ¶ Epiſcopus in aliena Diocæſi, abſque licentia Diocæſani poteſt portare annulos,& celebrare in pontificalibus,Panor.in c.1.num.7. ut lite pendẽ. communem inquit ex glo.in clem.in Archiepiſcopum,de priuileg.

93 ¶ Epiſcopus non diſpenſat in delictis maiorib' adulterio: niſi inueniatur conceſſum.Feli.in.c.at ſi clerici.§.de adulterijs num.1.de iudi. communem dicit.

94 ¶ Epiſcopus cum adultero, & inceſtuoſo diſpẽſat.ibi Feli.communem dicit.

95 ¶ Epiſcopus moniales exemptas propter iniectionem manuum in clericum, excommunicatas abſoluit Panor.in c. monialibus de ſent. excom. communem dicit.

96 ¶ Epiſcopus non poteſt excommunicare laicum iudicem ſecularem exemptum: cum impartitur brachij auxilium,ſi non preſtat.Alci.in ca. pernicioſam de off.ordi.nu.127.communem dicit.

97 ¶ Epiſcopus tenetur adimplere mandatum Romani Pontificis,directum capitulo: ſede uacãte, ſi inuenit non adimpletum.Panor.in c. eam te de

reſ.

ref.num.4.communem dicit.

98 ¶ Episcopus audiens missam sine solemnitate priuatè, etsi sit excommunicatus: non efficitur irregularis Præpo.in ca.si quis episcopus 11.q.3. communem dicit.

99 ¶ Episcopus committens crimen læsæ maiestatis contra principem, non debet degradari actualiter: sed solum uerbaliter. Cur.iuni.cons.159.nu.1. communem dicit.

110 ¶ Episcopus delicti, priuationis beneficij digni, potest ferre sententiam, super beneficium existens extra suam diocæsim. Panor.in ca. postulasti de for.compet.communem dicit.

101 ¶ Episcopus, ut suspectus recusatus, uel causam minori remittere, uel delegare de cōsensu partiū debet non tamen eligere delegatum. Panor. in c.siquis contra de for.compet.communem dicit.

102 ¶ Estimatio non facit emptionem quando pretium non est condignum rei, communem dicit. Parisius in consi.81.num.11.l.3.

103 ¶ Exceptio dilatoria non apposita ante litem contestatam, in prima instantia, non potest poni nec in secunda. Ias.in l.ita demum num.7.de procu.communem dicit.

Et uide 5.limit.per eum.

*§ Nota istam communem cum sequenti ad intel. l.2.ti.6.li.3.ordi.& ad c..8.l.42.in pragma. & l.2. ti.8.li.3.ordi.& l.1.ti.4.li.3.ordi.

104 ¶ Fallit primo, nisi opponatur exceptio contra procuratorem: ut puta, quod sit monachus: quia potest opponi & post litem contestatam. Anto.de tremo.in addi.ad bona. Curt. in pra. exceptio. in rubri.de impe.& excepti.quæ contra ref. num. 9. uers.

uerſ.6.fallit. communem dicit.

105 ¶ Fallit ſecundo,ſi exceptio dilatoria non erat orta reo ignorante,uel ex errore non propoſuit: quia poteſt proponere.Iaſ.in l.error.nu.19.de iu. & fac.igno.communem dicit.

106 ¶ Exceptio dilatoria ſolutionis debet proponi ante litis conteſtationem.Prepo. in c.ſiquis.3. q. 6.communem dicit.

107 ¶ Exceptio eſt actionis excluſio. Defenſio aũt repulſio intentionis. Couar,in reg. poſſeſſor, de reg.iur.in vi.num.4.communem dicit. ex gloſ.in cap.1.de lit.conteſt.in 6. ex Socc.in Rub. de except. Hinc eſt quod exceptio non excludit, intentionem, quam ſine actione experitur. Idem ibidẽ ex Dec.in Rub.de excep.extra communem aſſerit, ex quo infertur negationem non eſſe exceptionem cum non excludat actionẽ, idem ibi nu. 4. in uerſi. quarto Plane communem dicit.

108 ¶ Exceptio dominij, etiã quę in prõptu offertur probanda: aliter quam per ſententiam latam in petitorio, non obſtat agenti poſſeſſorio retinẽdę, dicit communem Aret.in l.ſi de eo.§.fin.ff.de acquir.poſſeſ.quod dicit notand.Ripa.in l. naturaliter.§.nihil commune nu.98.eo.ti.

109 ¶ Exceptio,tu es conſanguineus,non potes eſſe iudex: ſi non opponatur,ualet tamen iuditium. Iaſ.in l.qui iurſditioni nu.6.ff.de iuriſ.omni. iudi. communem dicit.

110 ¶ Nota quod licet exceptio ſolutionis non ſit appoſita:ſi conſtat ex actis eſſe natam cum obligatione.ante litem conteſtatam, abſoluitur reus. aliàs autem ſi poſtea nata fuit: condemnabitur ex prima obligatione. Anto.de tremo.in addi.ad bo

na

na,in pra.exceptionum in rub.de impe. excepti. quæ contra ref.num.9.in uerbo ante litem contestatam communem dicit.

111 ¶ Exceptio peremptoria poteſt opponi, etiam poſt ſententiam : ſi agatur prima actione , & non actione in factũ ex prima ſententia. Balb. dec.13. communem dicit.

112 ¶ Exceptionibus omnino cõtrarijs,reus poteſt opponere,& ſe defendere.Hyero. Cagno.in reg. nemo.num.3.ff.de re iud.communem dicit.

113 ¶ Exceptio, quæ ſecundum ſtatutum , non poteſt opponi: tamẽ res poterit detineri loco pignoris. Boe.dec.42.num.15.communem dicit.

114 ¶ Exceptio nullitatis,licet per ſtatutum tollantur omnes exceptiones:nõ cenſetur ſublata. Cur. iuni.conſi.119.nu.3.communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.1.& 4.ti.8.li. 3. ordi.& hoc ꝙ hæc communis uidetur innuere l.7.ti.10.li.2.fo.ll.

115 ¶ Exceptio nullitatis non requirens altiorem indaginem,ſed quæ poteſt in continenti probari : impedit executionem.Iaſ. in l. qui ſe non obtulit §.condemnatum nu.5.ff.de re iudicata communẽ dicit.

*§ Concor.cum l.27.ti.2.par.3.dicens quod excipiens de dominio , ſi ſtatim probat: admittitur aliàs non.

116 ¶ Amplia iſtam communem ad iuditium poſſeſſorium:ubi non admittũtur exceptiones requirẽtes altiorem indaginem.Cur.iuni.conſ.108.num. 14.communem dicit.

117 ¶ Exceptio indignitatis non iuuat poſsidentẽ hæreditatem: quin teneatur reſtituere : Corne. conſi.

consi.150.uol.2.Io.duran.in arte testã.ti.11. cau. 12.communem dicit.

118 ¶ Exceptio adulterij contra mulierem repetẽtem dotem, durat in perpetuum. Balbus de pres. 4.par.2.partis q.2.communem dicit.

119 ¶ Excipiens contra rescriptum quod non fecit mentionem de primo, non solum exceptionem proponere, sed debet appellare a tacita, uel expressa reiectione, ad hoc quod processus sit nullus. Feli.in cap.suborta num.4. de re iudi. magis communem dicit.

120 ¶ Excommunicatus testari potest. Feli. in ca. cum uoluntate de senten.excom.communem dicit & uid.Coua.in rubri.de testa.par. 2.num.18.

121 ¶ Amplia, quia tã actiuè, quam passiuè habet factionem testamenti. Io.duran.in arte testan.ti. 1.cau.10.Barba.in cap.quia ingredientibus de testa.communem dicit.

122 ¶ Amplia secundo, quod excommunicatus potest contrahere: & ualet contractus celebratus per eum. Panor.in ca.si uero de sent.excom.communem dicit. & Herculanus in l.ex facto.§.siquis rogatus el.2.ff.ad trebel.ubi dicit magis cõem.

123 ¶ Excommunicatus, si est in loco insigni, etiam ad defendendum, non potest esse in iuditio per se sed per procuratorem. Feli.in cap. intelleximus de iudi.communem dicit.

§ Nota istam communem ad intel.le.4.ti.10. li.2. fo.ll.in fi.& l.stili.176.

124 ¶ Amplia, quod non potest agere contra actionem ut prosequatur iuditium.Feli.ibi nu.7.

125 ¶ Amplia secundo, quod nec potest opponere de nullitate sententiæ.Feli.ibi communem dicit.

126 ¶ Excommunicatus eſt ſponſus de futuro,percutiens clericum inuentum cum ſua ſponſa . glo. communiter approbata in c.3.de ſent.excom.Coua,in epi.4.cap.1.num.12.communem dicit.

127 ¶ Excommunicari poteſt notorius contumax ſine monitione. Deci.in c.1.de iudi.num.75.communem dicit.

128 ¶ Excommunicationem nō euitat quęlibet cauſa: niſi ſit iuſta: imponens manus uiolentas in clericum. Alci.in cap.cum non ab homine. de iudi.num.46.communem dicit.

129 ¶ Executor teſtamenti non poteſt uendere niſi pecunia preſente,adhoc quod transferat dominium rei uenditæ. Iaſ.in l.a diuo pio de re iudi. ff.§.ſed ſi emptor num.8.communem dicit.

130 ¶ Executor teſtamenti poteſt agere contra hæredem, ut fiat executio: & habeat bona. Pirrus de executi.inſtru.cap.17. in conſuet.aureli.communem dicit, ex Salic.in l.nulli .C. de Epiſcopis & cler.

131 ¶ Executor teſtamenti nōtenetur cauere de exequendo.Pirrus ibi communem dicit ex Bar. in l. diuus.ff.cui pluſquam.

132 ¶ Executor teſtamenti nō poteſt alienare, aut diſtrahere bona defuncti pro executione. Pirrus ibi communem dicit ex Bart.in l. alio.ff. de leg.

133 ¶ Executoris,teſtamentum officium,poſt eius mortem tranſit ad Epiſcopum. Cur.iuni.con.66. nu. 2.communem dicit.

134 ¶ Fallit, niſi ſit dictum a teſtatore ut tranſeat ad hæredes executoris. idem Curt. ibi communem dicit.

135 ¶ Executio ſimplex,ſi mandetur fieri,nō requiritur

ritur citatio: si est facienda in eadem re. quæ ad iudicata est; secus tamen in alia. Deci. in c. ex ratione num. 17. communem dicit de appell. ubi ponit duas limitationes.

136 ¶ Executor mixtus, si est maior iudice priori: potest recipere omnes exceptiones infringentes sententiam. Ias. consi. 9. uol. 3. communem dicit.

137 ¶ Executio facta non seruato ordine, ut primo mobilia, & postea immobilia ac deinceps persona capiatur: ualet. Ias. in l. a diuo pio. §. in uenditione de re iudi. nu. 10. ff. communem dicit licet sibi non placeat.

* § Nota istam communem ad intel. l. 4. ti. 8. li. 3. in ordi. Et nota dictum solemne Angel. in l. fi. C. de ædicto di. adri. super glo. in uerbo dispositionibus. & Cur. iuni. ibi nu. 65. dicentem contractum per testes probatum habere executionem paratam; licet Bar. & Alexan. in l. 1. in fi. ff. de his quæ in testamento delen. & Pau. in l. nostrã. C. de testa. teneat contrarium: quas opiniones concordat. Bellonus in consi. 22. num. 9. dicens opinionem Angel. procedere quia contractus est cancellatus, uel deperditus: & testes deponunt de tenore instrumenti, & dictum testium redigitur in scriptis; aliàs autẽ cum in scriptis dicta testium non rediguntur ratio tamen est: quia dicta testium faciunt notoriũ, sicut instrumentum iuxta tex. in ca. significanti de testi. & hoc uidetur de mente, Petri. & Bal. in d. locis.

138 Executioni, si per statutum mandetur scriptura priuata alicuius: intetelligitur etiam si per aliũ scribatur. Pirrus in consue. aure. de executio. instru. cap. 21. communem dicit. ex Angel. in l. cum

antiquitus.C.de testam.

*§ No. ad intel.l.ulti.in curijs de Madrid.de.1534. annis quæ loquitur de apocha re cognita.

139 ¶ Executionem impedit restitutio in integrũ: etsi requirat altiorem indaginem. Iaso.in l.qui se obtulit.§.condemnatum num. 27.ff. de re iudic. communem dicit.

140 ¶ Exhæredatio apposita post omnes gradus, refertur ad omnes gradus superiores ex presumpta uoluntate testatoris, quæ præsumptio est iuris: nõ tamen de iure. quin non admittatur probatio in contrarium. Segu.in repe.l.3.§.fi.de liber. & posthu.nu.82.communem dicit.

141 ¶ Exheredatio facta in principio testamenti, ante gradus, trahitur ad omnes gradus sequentes, & ita facta in fine trahitur ad omnes precedẽtes: ita communiter teneri dicit Ias.in l.1.in prin. nu. 3.C.de liber.preter.

142 ¶ Exhæredare potest pater filium ex iniuria uerbali sibi illata per eum. Curt.iuni. consi. 148. num.1.communem dicit. & concordat cum l. 4. ti.7.par.6.

143 ¶ Nota quod si filius postquam commisit ingratitudinem pæniteat: uiuo patre, non poterit exhæredari, Pirrus in consue.Aureli.de succesi.c. 25.communem dicit.

144 ¶ Exemplum inuentum in archiuo publico, facit fidem Bello.cons.57.communem dicit. ex Angelo, & Ias.in authe.siquis in aliquo documento. C.de æden.

145 ¶ Exemplo creditur, quando est confectum ab eodem notario qui originale confecit. Iaso. in l. quis in aliquo num.3.C.de æden.communem dicit.

cit. uid.alia in uerbo procurator nu.370.

146 ¶ Expensæ rei qui absolutus est ab instantia pp absentiam actoris, sunt deducendæ de expēsis acto ris sententiæ diffinitiuæ. Ias.in l. properandum .§. etsi quidem num.21.de iudi.C.communem dicit:

149 ¶ Expressum non solum dicitur illud quod uer bis insinuatur: sed & illud quod euidentibus signis colligitur . Ias.in l.pretor ait nume.5. ff.de nou. ope.nunt.communem dicit.

150 ¶ Extensio de uno casu ad alium, non prohibetur: etsi in casu extenso sit maior ratio. Gome. in cap.statutum num.39.de ref. in 6. communem dicit.

151 ¶ Amplia, in facultate dispensandi: quia ex idētitate rationis extenditur de uno casu ad alium. Ripa in respon.1.li.2.de ref. num. 4. communem dicit.

152 ¶ Amplia secundo, in correlatiuis: quia lex pænalis extenditur de uno correlatiuo ad aliud. Io. Nico.in l.generaliter num.26.C. de secun.nupti. communem dicit.

153 ¶ Limita in correctorijs, quia & ex maioritate rationis non extenditur. Ias.in l.de quibus nu. 14. de legi.ff.& in authen.quas actiones nu. 21.C. de sacro.san.eccle.communem dicit.

154 ¶ Restringe istam limitationem, nisi aliàs fiat extensio de stricta significatione uocabuli ad latam: quia & in correctorijs fit extensio. Ias.in rub. de re iudi.num.13.ff. communem dicit.

155 ¶ Restringe secundo, quando agitur fauore ani mæ, & pro ea saluanda: & quia tunc fit extensio si ne aliqua distinctione. Cur.iuni.in l.1.nu.80.ff.de off.eius cui.man.est.iuris. communem dicit.

156 ¶ Restringe tertio, quando lex noua correcto-ria reducit nos ad legem antiquam: quia tunc tanquam fauorablis est extendenda. Cur. iuni. consi. 99. nu. 3. communem dicit.

157 ¶ Restringe quarto, in lege noua ęquiparante duos casus: quia disponens super unum, censetur disponere super alium. Cur. iuni. consi. 150. nu. 4. communem dicit.

158 ¶ Extimatio facit emptionem. Boe. deci. 327. num. 11. communem dicit.

F

FActum alienum promittens, non ualet promissio: si tamen adijciatur pœna: ualet quo ad pœnam. Cur. iuni. consi. 124. nu. 19. communem dicit.

2 ¶ Falcidia, quæ debetur hæredi ex legatis: si testator dicit quod integrè legatum soluatur: tenetur hæres dimittere. Ias. in l. cum quis nu. 5. C. de iur. & fac. igno. magis communem dicit.

3 ¶ Falsi suspitio habetur pro falsitate in ciuilibus. Curt. iuni. consi. 166. & consi. 132. num. 10. communem dicit.

4 ¶ Falsum committens in causa, perdit causam quæcumque causa, uel persona sit. Boe. dec. 291. num. 2. communem dicit.

§ Sed & debet puniri pœna falsi l. 3. ti. 12. li. 4. fo. ll. quę habetur in l. 13. ti. 8. li. 2. fo. ll. & iudex potest punire ex officio producentes l. 28. ti. 1. par. 7 ac testes punire, etsi non petatur l. 42. ti. 16. par. 3.

5 ¶ Intellige si corrumpit, uel falsificat acta: secus tamen, si falsificat instrumenta, uel corrumpit te-

ſtes.idem Boe.291.nu.3.communem dicit.

6 ¶ Fama facit ſemiplenam probationem. Io. Cora.in l.admonendi.ff.de iu.iura.nu.8. communem dicit. uide Mar.Anto.de indicijs nu.313.& octo caſus per Dec.in c.1.col.4.uerſi.in gloſ. in uerbo famam, de appel.in quibus facit ſemiplenam probationem.

7 ¶ Fama ſola non eſt ſufficiens inditium ad torturam. Hypo.ſing.97.communem dicit, & Marcus Anto.in l.fi.de quæſti.ex indicijs exproceſſu numer.313.

* § Concordat cum l.3. ti.30.par.7.quæ lex requirit cum fama,perſonam eſſe uilem: Nota tamen quo ad probandam famam, tria precipuè requiruntur: Primum, quod teſtis dicat a pluribus au diuiſſe,& nominet particulariter aliquas perſonas: etſi non fuerit interrogatus. Innoc.in c.qualiter, & quando el 2.Bar.in l.de minore.§. plurimum.ff.de quæſti.ſucundo requiritur, quod teſtis dicat audiuiſſe a maiore parte populi: (ut in caſu ſequenti) requirit tertio quod teſtis exprimat cā propter quam fama. ſit orra: ut puta,ex inimicitia ex minis, ex iniuria, uel ex alia conſimili cauſa. Salic.in l.ea quidem.C.de accuſa. Item,& requiritur quartum: quod fama preceſſerit accuſationem. Ancar.conſi.253.& de hoc uide plenè per Hypo.in ſingu.97.& in practi.§. diligenter nu.8. & in conſi.20.& Thomas Grama.in uoto. 34.& Marc.Anto.in l.fi.de quæſti.ff.in uerbo fama nu. iij.cū ſequenti.& plures alios quos poteſtis uidere per citatos (ne fruſtra membranas occupem.)

8 ¶ Fama ſola, ſi agatur de probando dominio annorum quadraginta,non ſufficit: ita communiter

teneri dicit Ripa in l.rem quæ nobis nu.57.ff. de acquir.poss. Nec probatur etiam dominium de presenti, communem ait Dec.consi.428. & Ripa in d.l.rem quæ nobis num.58.

9 ¶ Fama in antiquis plenè probat, communis est, ut per Aymon, in tract.de antiquit.temp.in 1.parte nu.302.

Fama probatur duobus testibus communem dicit Sali. in l. ea quidem, col.24.uers.uenio ad septimam q.C.de accusat.& Dec.consi.272. nu.4.

10 ¶ Fama, adhoc quod dicatur esse probata: requiritur quod testes dicant se audiuisse a maiori parte populi. Cur.iuni.consi.172.num.9.communem dicit.

11 ¶ Fama in antiquis plenè probat dominium. Aymon de anti.tempo.in prima parte uersi. uisio. in hac parte prima num.3. communem dicit. ex Decio in c.1.de appel.per quem uide octo casus in quibus fama plenè probat: quem refert Coua. in l.admonendi in fi.ff.de iu.iuran.

12 ¶ Amplia, qnod non solum probat dominium in antiquis: sed sufficit ad probandum dominium de presenti ut si uolo probare meum dominium: sufficit quod probem de dominio antiquorum per famam. idem ibi nu.4.communem dicit. ex Dec. consi.428.reiecta coniectura, de qua per Ripam in l.remquæ nobis.ff.de acquir.posse.

33 ¶ Familia ecclesiæ non gaudet priuilegio fori: secus tamen, in familia Episcopi. Panor.in cap. 2.de foro compet.num.6.communem dicit.

*§ Nota, & uid.l.51.ti.6.par.1.

14 ¶ Famulus durante infirmitate, non habet salarium. Panor.in c.1.de cleri.ægrot.num.6. communem

munem dicit.

15 ¶ Feudum, si processit a fœmina: fœmininum est iudicandum. Ripa in li.pri.de leg.ca.1.nu.74. communem dicit.

16 ¶ Feudum, etsi sit antiquum: agnati transuersales non succedunt, nisi usque ad septimum gradum, Ias.in l.certum est nume.3.C. unde legit. communem dicit.

17 ¶ Fallit, si sit concessum pro se, & pro descendentibus: quia tunc excedit etiam decimum gradum Coua.in resol.li.2.c.5.num.4.communem dicit.

18 ¶ Feudum concessum a principe cum clausula, quod tale feudum habeat naturam paterni, & auiti: iudicatur ut antiquum, & auitum. ut in illis succedant qui possunt succedere in auito, & antiquo. Iason con.1.uol.3.& in usib.feudo.num.90. communem dicit.

19 ¶ Feudum hæreditarium uenit in restitutione fideicommissaria. Curt.iuni.consi.101.num.10. communem dicit.

20 ¶ Feuda singularia, quæ sunt pura in regno Apuliæ: sunt in directo dominio Regis, quamuis regnum sit feudum; ita cõmuniter teneri dicit Deci.consi.117.in fin.

21 ¶ Feuda acquisita pro se, hęredibus, & successoribus, non transeunt nisi ad illos, ad quos transeunt feuda hæreditaria. Parisi.consi.1.numer.6. lib.1.

22 ¶ Feudum concessum pro se, & hæredibus quibuscumque, & sic cum uerbis geminatis potest transire ad fœminas, & non est restringendum: sed ampliandum. Carol.molin.in addit.ad Alex. consi.30.in uerb. quibuscumque. uol.1. commu-

nem

nem afferit.

23 ¶ Ex quo feudum receptum pro ſe,& ſuis hæredibus uenit in reſtitutione fideicommiſsi.Cur.iuni.conſi.183.num.6.communem dicit.

24 ¶ Feudum non admittitur, etſi ſeruitia debita pro feudo, per biennium, ac triennium non ſoluantur. Zaſ. in uſib. feud. numer. 62. dicit magis communem. licet ipſe diſtinguit inter ſeruitia perſonalia,& realia:quia ſi perſonalia,non perduntur: in realibus diſtinguit,aut ſunt parui pretij, & non perditur; ſi tamen eſt maximi, perditur: quod nota.

25 ¶ Feudalia bona non poſſunt obligari, nec generaliter,nec ſpecialiter. Anto.de ſan. de pigno. in 2.par.mem.2.nu.43.communem dicit.

26 ¶ Feudalis res in dubio,non creditur ſed allodialis. Cur.iuni.in con.184.nu.1.communem dicit.

27 ¶ Amplia etiam,ſi feudum ſit factum de caſtro cum omnibus pertinentis: quæ ſunt in territorio: non preſumuntur bona in d.territorio feudalia, ſed allodialia. niſi contrarium probetur, Bello.conſi.10.num.11.communem dicit ex Cur. iuni.conſi.108.& 158.& 184.& Mathe. de afflic. dec.267.

28.¶ Feudales conſuetudines ligant eccleſiam, & perſonas eccleſiaſticas. Cur.iuni.conſi.177.num. 10.communem dicit. & uid.ſupra in uerbo clericus nu.52.

29 ¶ Feudalia bona ſi reuertãtur ad eccleſiam:poſſunt infeudari non ſolum extraneis, ſed & conſanguineis prelatorum. dummodo ſint honeſtæ perſonæ,& non eccleſijs oneroſæ Zaſi.de feudi par.5 num.51.communem dicit ex gloſ.in ca. decenter

89.distin.& Panor.in c.ut super de reb. ecclesiæ non alien.

30 ¶ Fictio, adhoc quod habeat locum: requiruntur duo extrema habilia.Ias.in l.1.num.123.ff.de usu. communem dicit.

31 ¶ Fictio duplex, circa eandem rem non dedet concurrere.Ant.gomez. in l.45.tau nu.92. cōmunem dicit ex glos.in l.cum post.§.gener. ff.de iur. doct.

32 ¶ Fideiussor si efficiatur non soluendo, non potest creditor petere,ut alius præstetur, si sumus in fideiussore conuentionali. communē dicit. Alex. consi.60.col.fin.in princ.lib.v.

33 ¶ Fideiussor non dicitur idoneus,qui non habet immobilia: nisi fideiubeat pro diuite Hypo. in rubr.de fideius.ff.num.228. communem dicit.

*§ Notam istam communem ad intel.l.1.ti.18.l.3. fo.quę loquitur de identitate fideiussoris.

43 ¶ Fideiussor in duriorem causam iurans obligatur tanquam principalis.Alci.in c.cum contingat num.174.de iu.iuran.communem dicit.

*§ Nota istam communem ad intel.l.7.ti.12.par.5. & pro eius limitatione, & limita etiam d.l.ut per Segu.in l.si ex legati causa.ff.de uerb. obli.ubi dicit quod fideiussor potest se obligare sub guarentigia: licet principalis non sit ita obligatus: quia illud non dicitur plus sed efficatius. ut in l. marcellus.ff.de fideius.

35 ¶ Fideiussor, inuito creditore inuitari non potest. Hyero.Cagno.in l. plus cautionis num. 7.ff. de re. iuris.communem dicit.

36 ¶ Fideiussor potest petere ut liberetur a fideiussione:si diu stetit in obligatione:quod relinquitur arbitrio

arbitrio iudicis. Ant.de tremo.in addi.ad bona c. in prac.excepti.in rub.qui.mo. suo. nomi.num.3. in uerbo diu stetit. communem dicit.

*§ De iure regio dicitur stetisse diu per annum l. 8.ti.18.li.3.fo.ll.& cum hac communi concor. l. 14.ti.12.par.5.ubi ponit alios casus in quibus potest fideiussor petere ut liberetur a fideiussione. Sed has ll.& communem intellige nisi aliàs obligatio sit guarentigia: quia potest petere: ut statim liberetur. Dida de segu.in l.si ex legati nu. 74. ff. de uerb.obli.& Suarez in l.post rem iudicatã nu. 148.ff.de re.iudi.quem intellige postquam creditor habet facultatem agendi secundum Bald.in l. cum notissimi.§.illud.C.de pres.30. anno: quod dictum nota pro intel.l.3.ti.13.li.3.ordi. de prescriptione delicti per decem annos, & l.63.tau. de executione non facienda post decem annos.& l.de madrid.anno 1534.de apocha recognita, & de confessione facta in iuditio quæ in compilatione noua habetur sub ti.9.l.5.l.3.& 4.

37 ¶ Fideiussor potest agere contra debitorem ex sola confessione creditoris dicentis recepisse debitum a fideiussione. Hypo.in rub.de fidei. num. 265.& Anto.de tremo.in addi.ad bona, in pract. excepti.in rub.qui.mo.suo.no.num.39.uersi. sub iudicibus secularibus uers. fallit. 20. communem dicit..

38 ¶ Fideiussor est idoneus testis pro fideiussore, ad probandum quod non fideiusserint principaliter. Ias.in l.dictantibus nu.8.C. de testa. communem dicit.

39 ¶ Fideiussori non citato non nocent facta principaliter Ripa in l.apud num.34.C.de æden.communem

munem dicit.

40 ¶ Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes. Cur.iuni.consi.79.num.1.communem dicit.

41 ¶ Amplia, etsi fideicommissum sit ascendentis, quia non transmittitur ad ascendentes. Cur. iuni. consi.135.nu.5.& Senior consi.75.nu.4. & Dec. in consi.115.in princ.& consi.574.col.1.communem dicit.

42 ¶ Fideicommissum relictum eis qui sunt de familia: intelligitur relictum ei qui in agnatione, uel familia tenet primum gradum. & proximiorem. Alexa.consi.88.num.12.uol.1.communem dicit.

43 ¶ Fideicommissum conditionale transit ad hæredem decedente fideicommissario ante factam sibi restitutionem,communem ait Alex.in l.cum filio col.11.de leg.1.Dec.consi.490.num.10.uersiculo postremo.

44 ¶ Fideicommissum remmitti non uidetur per diuisionem factam inter grauatos onere futuri fidei commissi,dato quod partes permittant non contrauenire diuisioni, communem testatur Deci. consi.495.col.4.in fin.uersi.sed tamen his nõ obst.

45 ¶ Fideicommissaria substitutio non dicitur propriè substitutio: communem dicit Ripa in Rubr. de vulg.& pupil.nu.10.

46 ¶ Fideicommissum relictum ultimo morienti uidetur facta institutio reciproca inter institutos. Cur.iuni.consi.3.num.4.communem dicit.

47 ¶ Fideicommissum resultat ex sola coniectura ta mente testatoris,etsi ex uerbis non constet.Curt. iuni.consi.121.num.10.communem dicit.

48 ¶ Ex quibus quando testator, ordinat quod sua bona

bona uſque in perpetuum remaneāt infraſcriptis filijs, & hæredibus ſuis, & eorum deſcendentibus, reſultat ſubſtitutio fideicommiſſaria, Curt. conſi.3.num.20.communem dicit.

49 ¶ Fideicommiſſum relictum alicui, ſi ſine filijs deceſſerit, ſpirat relictis filiabus, Cur.iuni.conſ. 139.num.14.communem dicit.

50 ¶ Fideicommiſſum uniuerſale tranſit in æccleſiam, uel ciuitatem abſque reſtititutione. Iaſ.in l. ut interdum num.11.C.de ſacro,ſanc.eccle.communem dicit.

51 ¶ Fideicommiſſum non dicitur reſolutum, uel renunciatum per diuiſionem factam inter fratres: etſi promiſſum ſit non contraueniri diuiſioni, Bello.conſi.19.num.8.communem dicit. ex Bar. in l.qui Romæ.§.duo fratres q.1.de uerbo.obli.ff. & Deci.con.86.num.4.

52 ¶ Fallit, ſi fideicommiſſarius ſciebat ad ſe pertinere fideicommiſſum: & diuiſit: nam uidetur reſolutum, idem ibi num.10. communem dicit. ex Bar.in d.§.duo fratres.

53 ¶ Fideicommiſſarius non detrahit trebellianicā fideicommiſſario ſecundo: niſi quando hæres primo trabellianicam non detraxit. Io.duran. in arte teſtan.ti.5.cau.28.communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.ulti. ti.5. par. 6.& l.8.ti.11.par.ea.

54 ¶ Item non detrahit quando teſtator prohibuit detractionem trebellianicam Iaſ.conſi.84.uol. 1. nu.9.communem dicit.

55 ¶ Item & non detrahit, quando teſtator mandauit reſtituere plenam hæreditatem, uel quicquid ad eum peruenerit, Gozadi. conſi. 97. numer. 6. communem

commununem dicit.

56 ¶ Fideicommiſſarius donans in uita, fideicommiſſum, dicitur donare, & non reſtituere. Suarez in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta. communem dicit.

57 ¶ Nota quod fideicommiſſarius qui rogatus eſt reſtituere hæreditatem: poſt mortem ſuam pauperibus: quod ſi in uita reſtituat, non adimplet uoluntatem teſtatoris. Decius in l. cum tempus de re iur. ff. communem dicit. ſed Hyeronimus cagno. ibi num. 6. dicit magis communem contrariã immo quod adimplet. ſed pro communi, Deci. eſt communis. ſupra proxima cogita.

58 ¶ Fideicommiſſarius, cum conditione, ſi filij teſtatoris non ſuperuixiſſent, non tenetur probare non ſuperuixiſſe: quia lex preſumit non ſuperuixiſſe, Alci. de preſum. re. 1. preſum. 49. num. 6. in fi. communem dicit.

59 ¶ Fides non eſt ſeruanda hoſti: quam ut hoſti, dedit hoſtis. Zaſius in apologia echij cõem dicit. quam intelligit. Coua. in epi. 4. ca. 3. §. 2. num. 14. quando fides eſt data in damnum reipublicæ. ut per Alci. in libello de ſing. certa c. 44.

60 ¶ Filia excluſa per ſtatutum a ſucceſsione patris non poteſt dicere teſtamentum nullum, communem ait Phil. Dec. conſi. 505. in princ.

61 ¶ Filia excludit ſubſtitutum in conditione, ſi ſine filijs, ita cõmuniter cõcludi inquit idem Dec. conſi. 520, nu. 3. & 5.

62 ¶ Filiatio ex parte matris ita probatur per præſumptiones, ſicut probatur ex parte patris Aug. Bero. in q. 90. num. 1. communem dicit. ex tex. in cap. afferte. de pręſump. & Bart. in l. non nudis. ff.

de

de probat.

63 ¶ Filij fam.etiam fenes comprehendūtur fub difpofitione.l.fin.§.filius aūt.C.de bon.quæ liber.ut nō poſsint alienare directum dominiū bonorum, in quibus pater habet uſum fructum uiuente patre, Corn.ibi communem dicit.

64 ¶ Filio inſtituto repudiante,pater præfertur ſubſtituto.communem dicit. Ripa in l.1. nu. 142.de uulg.& pupil.

65 ¶ Filio ius quæſitum ex contractu patris, poteſt pater reuocare.Alex.in l.adoptiuum.§.patronum ff.de in ius uocan,Iaſ.in l.11.col.22.q.23.C.de iure emphit.& in l.qui Romę.§.flaui⁹ de uerb.obli. col.vi.& ibi Socc.col.vi.concl.v.Ripa.in l. fin. q. 65.C.de reuoc.donat.dicunt communem,contrariam autem eſſe comunem dicit. Bened.in c.Rainuntius pag.335.Illā autem Cagnol.in l.id.quod noſtrum de reg.iur.

66 ¶ Filius non conficiens inuentarium perdit trebelleanicam. quod iſta ſit magis communis dicit Phil.Dec.conſi.481.nu. 16. cum ſequen. Corne. conſi.168.in ter.dubio col.4.uol.3.

67 ¶ Filius non aſſumit locum patris in fideicōmiſſo. Dec. conſi. 1.& conſi.217.& conſi. 480. num. 10.& Alex.conſi.26.uol.3.Io.Durand.in arte teſtan.tit.v.Cau.27. communem dicunt, ſed Iaſo. cōſ.158.uol.11.& Bello.con.50. tenent quod contraria eſt magis communis.

68 ¶ Filius,uel filia non tenetur dotare matrem,Ripa in l.1.num.82.ſol.matr.communem inquit.

69 ¶ Filius legitimatur per ſubſequens matrimonium quando parentes poterant copulari uel tēpore cōceptionis,uel tempore natiuitatis. Coua

in

in epi.4.cap.8.§.2.nu.2. communem dicit.

* § Nota quod idem eſt adhoc quod filij dicãtur naturales.l.11.tau. dummodo pater recognoſcat eũ in filium.

70 ¶ Filius natus ante conſecutionem factam a patre, uel de regno, uel dignitate non ſuccedit in dignitate, uel regno. Io.de Ripa in ca.inter cæteras num.14.de reſ.communem dicit.

71 ¶ Filius in diſpoſitione hominis non ſubintrat in loco patris. magis communem dicit. Dec.con ſi.1.& Bello.conſi.10.num.2.licet ad quæſtionem in l.gallus.§.quidam rectè.ff.de liber. & poſthum. tenuerit contrariam eſſe communem.

72 ¶ Amplia iſtam communem, etſi intermedium fuerat aliud matrimonium. Ferdinan. de loazes in trac.de matrimonio dubio 12.num.18. & Coua in epi.4.cap.8.§.2.num.15.communem dicit. Iaſ.in l.pomponius.§.quæſitum.ff.de acquir.poſſ. num.5.cap.8.

73 ¶ Intellige iſtam ampliationem ſine preiuditio alterius filij legitimi nati: inter medium, idẽ Coua.cap.8.§.2.num.28.communem dicit.

74 ¶ Amplia iſtam communem, & ſi unus ex ipſis ſit coniugatus: altero autem ignorante ſequuto poſteriori matrimonio: filij efficiuntur legitimi. idem Coua.nu.17.communem dicit ex Caſsiado deci unica deſponſa.

75 ¶ Amplia tertio, non ſolum quo ad alia; ſed etiã quo ad ordines epiſcopales abſq; aliqua diſpenſa tione legitimi efficiuntur. idem ibi nu.24.& Boe. dec.159.communem dicunt.

76 ¶ Amplia quarto, etiam ad reuocandam donationem factam poſt natiuitatem, matrimonio ſe

quto post donationem . idem ibi nu.29. & ex Ripa in l.si.unquam de reuocan. dona.C. communē dicit.

77 ¶ Amplia etiam,ad successionem feudi.Cur. iuni.consi.136.nu.2. communem dicit.

78 ¶ Fallit primo, nisi conficiantur instrumenta dotalia.Cur.iuni.ibi nu.2. communem dicit. & Ias. in l.cum autem de iusti.C.numer.10. communem dicit.

79 ¶ Fallit secundo,si mulier sit talis cum qua non possit esse matrimonium, secundnm bonos mores ciuitatis.Cur.iuni.consi.139.num.14. communem dicit. de istis duabus limitationibus uid.quæ habes in uerbo legitimatus.

80 ¶ Fallit tertio in filio filij mortui ante contractū matrimonij .Ioan. Nico.in addi.Alci.de presum. par.21.in fine communem dicit.

81 ¶ Filius adhoc quo dicatur legitimus: requiruntur duo: primum, quod matrimonium sit contractum in facie æcclesiæ: & secundum, quod bona fide cōtrahatur: etsi inter patres non possit esse matrimonium. Coua. in epi.4.cap. 8.§. primo nu.2. ex Ias.in consi.156.uol.4.communem dicit.

* § Concor.cū l.2.ti.15.par.4.& cum l.3. ti. 3. par. 4.& ui.in uerbo legitimatus num.43.

82 ¶ Filius legitimatus ingratus patri,perdit legitimam. Coua in epi.4.cap.8.§. 2.nume.2. communem dicit.

83 ¶ Filius,stantibus alijs liberis legitimis,habebit de hæreditate arrogantis quartam quartæ partis: quam habiturus erat ab intestato,non stantibus liberis.Segu.in l.1.§.si uir num.69.de acquir.posse. ff,communem dicit.

De

*§ De iure regio adoptatus nullam partem habebit: cum arrogatio reddatur nulla nisi pater uelit ei aliquid legare de quinta parte bonorum l.1. ti. 22. li.3. fo.ll. & uid. Segu. in d.§. si uir de alijs legibus colluctantibus cum ista: & ex illa l. teuocatur. l.9. ti.16. par.4. & de hac communi uid. l.8. eod. tit.

84 ¶ Filius familiàs non potest donare patri cuius authoritas requiritur. Corne. con.294. uol.1. Io. duran. in arte testan. cau.1. numer. 4. communem dicit.

85 ¶ Amplia, & in filia nupta: quia non potest testari de bonis maternis nec de dote. Io. duran. in arte testan. ti.1. cau.1. communem dicit.

86 ¶ Filius familiàs de bonis aduenticijs, de quibus pater non habet usufructum: non potest testari. Ias. in l. nemo ex lege num. 2. C. qui. testa. facere possunt. communem dicit.

87 ¶ Fallit, quia de consensu patris, potest testari ad pias causas. Ias. in l. seruum ætatis nu.5. C. qui testa. facere possunt & in l. perfecto num.10. C. testa. communem dicit.

88 ¶ Nota quod si testando filius ad pias causas, si aliud legat, non ualet legatum: & est uenientis ab intestato. Iaso. in d. l. perfecto nume. 10. communem dicit.

89 ¶ Filius familiàs solus, patre ignorante potest adire hæreditatem. Ias. in l. bonorum. C. qui admitti num.17. communem dicit.

90 ¶ Filius in fideicommissarijs substitutionibus non assumit locum patris. Deci. consi.1. num. 5. communem dicit.

91 ¶ Fallit, in substitutione ascendentium: quia

tunc non bene filius assumit locum patris. Bello. consi.50.communem dicit. Et sic sunt concordādæ istæ duæ communes opiniones: de quibus per Io.duran.in arte testan.ti.5.cau.27. quæ concordia est ex mente Deci.consi.217.num.2.

92 ¶ Filius naturalis excludit substitutum, cum substitutus est Titius si Gaius decesserit sine filijs Deci.in cap.in presentia de proba.Io.duran. in arte testan.ti.5.cau.15. communem dicit.

93 ¶ Fallit in filia instituta,quia testator nō debuit intelligere de filio naturali filię. Deci.in d.ca. in presentia num.41.communem dicit.

94 ¶ Fallit secundo, in filijs spurijs. Deci. ibi num. 39.communem dicit.

95 ¶ Fallit tertio,quando naturalis non excluderet substitutum ab intestato. Corne.consi.176.uol.3. littera b.communem dicit persona enim quę non excludit substitutum ab intestato: si non adesset substitutio,nec illa existenti. idem Corne. consi. 138.uol.2.littera a.communem dicit.

96 ¶ Filij naturales, & spurij comprehenduntur in pęnis impositis filijs propter delictum patris. ut est in filijs hæreticorum.Io.Cora. de sena.ff.in l.liberos num.11.communem dicit.

97 ¶ Filius familiàs,si cum pecunia patris acquisiuit: absque aliqua sua opera, nec industria, lucrū est prophettitium:& conferendum aut ex sua opera,& industria: aut est aduentitium,& non conferendum: aut dubitabitur,& medietas est aduentitia. Segu.in l.1.§.si uir nu.69.ff. de acquir. posse. communem dicit.

* § Nota istam communem ad intel.l.3.ti.15.par.6. & l.7.ti.4.li.3.fo.il.& ui.l.36.cum sequenti ti. 12. par.

par.5.ubi disponitur an mater,uel auia,uel uictricus habentes in domo filiam, uel pruignam,si tenentur ad solueldum obsequium. Et nota quod seruitium est soluendum post decem annos l.2.ti. 23.li.4.fo.ll.& l.fi.ti.fi.li.4.fo.uidi ad arbi.iudi.

98 ¶ Filius familiàs non potest petere, ut pater remoueatur ab administratione per solam alienationem per eum factam de bonis primi matrimonij. Cum ipse filius posit reuocare alienata a possessoribus. Io.a Ripa in l.generaliter de secun.nup. C.nu.54.communem dicit.

99 ¶ Fallit,si pater dissipet ita quod filijs nullus regressus posit dari. idem ibi num.55.communem dicit. Et uid.alias limit.per eum ibi & ui.supra in uerbo binubis nu.19.& l.23.ti.3.par.5.

100 ¶ Nota quod pater cum peruersè administret: non satisfacit, dando cautionem,sed interdicitur administratio. Ripa in d.l. generaliter num.68. cõmunem dicit. & uide in uerbo binubis nu. 19.

101 ¶ Filio nulla reuocatoria,nullaquæ quærela cõpetit contra alienationem onerosam paternam: etsi probauerit fraudem.Carolus Molin.in const. pari.ti.1.§.8.num.18.glos.3.communem dicit. licet in contractu simulato ipse teneat contrarium quem uide.

102 ¶ Filius,patre monacho, habebit legitimam: & patre uiuente,secundum ius canonicum. secus tamen de iure ciuili,quia expectabit mortem patris. Iaso.in authen.si qua mulier num. 51. de sacro.san. eccle. C. comunem dicit. Et sibi plus placet communis legistarum.nu. 52.& 57.

*§ De iure regio, pater, uel mater si ingrediatur monasterium intra annum & diem,potest conde-

re testamentum: tempore hoc elapso, si testamen tum non sit factum: filij habebunt hæreditatem paternam. & si filij non sint alij consanguinei pro pinqui l.11.ti.6.li.3.fo.ll.

103 ¶ Filius ad suplementum legitimæ, agit conditione ex lege. Anto.Rube. consi. 115. communem dicit.

*§ Nota quod si considerabitur quantum plus, uel minus ualuit substantia patris, tempore mortis ipsius patris. Ias.iu l.cum quæritur .C. de inoffic. testa. & Io. uernardum æpiscopum calaguritanũ in reg.264.sed nota l.29.in deci. tau. quod si dos dicitur inofficiosa.considerabitur tempus mortis constitutę, uel mortis patris.quod filius uoluerit.

104 ¶ Nota quod supplementum legitimæ potest peti in perpetuum: sicut legitima, & non hortatur ad quinquennium, sicut legitima. intra quod agitur querela inoffi. testamenti.Ias.in l.si quis filius num.6.C.de inoffic.testa. communem dicit.

105 ¶ Nota quod ista perpetuitas, de qua in communi precedenti non transcendit triginta annos. Balbus de prescr.q.23.par.4.ubi dicit Pau. Alex. ac Aretinum dixisse esse communem.

106 ¶ Fallit, si uiuente patre, acceptauit aliquid loco legitimæ: non potest plus petere: etsi facultas patris augmentetur Ripa de legi.li.1.cap.6.num. 4.& Cur.seni.conf.ulti.num.3.communem dicũt. reiecta opi.Bal.in c.cum in de consti.

107 ¶ Filius non perdit legitimam, etsi non conficiat inuentarium. Calca.consi.36.& Guido.deci. 53.& Segu.in l.3.§.fi.nu.110.ff.de lib. & posthu. Io.duran.in arte testan.ti. 11. cau. 8. communem dicit. licet Iason in l.iuris .C. qui admin. teneat contra-

contrarium.

108 ¶ Filius grauatus restituere, potest detrahere duas quartas: unam legitimæ, & alteram trebellianicæ.Cur.iuni.consi.160.nnm.1.& Deci.cons. 203.numer.3.communem dicunt. & consi. 236. col.4.

*§ Concor.cum l.1.ti.11.par.6.Et de iure regio pater in extraneos non potest disponere nisi de quinta parte bonorum per l.9.ti.15.fo.ll.

109 ¶ Fallit, quando testator mandauit totam hæreditatem restiui: quia non detrahit nisi legitimã. Bertran. in l.hac ædictali.§.si tamen.C. de secun. nupti.num.10.communem dicit. Et in hoc casu est intelligenda communis opinio relata per Bertra.in l.hac ædictali de secun.nupti.C.uersi.tamen nu.10.ubi dicit quod filius priuatus de restituendo, debet computare trebellianicam in legitimã.

110 ¶ Filius non computat in legitimam quæ detrahitur a nouerca ex dispositione legis: sed habebit illud, & legitimam. Stepha.bertran.in authen. hac ædictali.§.ita tamen nu. 10.C.de secnn. nupti.communem dicit.

111 ¶ Nota quod stante statuto, uel pacto de lucrãdo dotem per nouercam, uel uictricum, stantibus liberis primi matrimonij. hi primitus legitimam consequuntur: reliqua uerò bona fratres inter se diuident. idem Bertran. numer. 11. communem dicit.

112 ¶ Filius sub potestate patris de iure canonico potest contrahere matrimoniũ: secus de iure ciuili. Curt.iuni.consi.136. numer. 3. communem dicit.

113 ¶ Amplia, & ad filiam, quę potest contrahere

 matrimo-

matrimonium sine licentia patris: & nullam pœnam incurrit Abbas.in ca. 1. despon.communem dicit.

114 ¶ Amplia secundo, ad filiam emancipatam ante 25.annum.Coua.in epi.4.7.par.cap.3.§.8. communem dicit. per hanc communem l.2.ti. delos matrimonios fo.l.& l.4.ti.1.lib.5.ordi.& ll.19. ti. 1.par.4.

115 ¶ Fallit, nisi elegerit turpem uitam. Petrus Rauen.in compe.iuris canonici col.2. despon.2. communem dicit.

116 ¶ Filij per substiutionem factam, si sine filijs decesserint: institutus non censetur uocatus. Curt. iuni.consi.96.num.1.Io.Cora.in miscel.cap.19.l. 2.communem dicunt.

117 ¶ Filius consequitur dotem matris, tanquam hęres, & non ex dispositione aui: si stipuletur dotem traddi, auo non extantibus liberis. Io.Nico. in l. generaliter num.46. de secun. nupti.C. communem dicit.

118 ¶ Et sic filij hæredis ueniunt ab intestato, & nō ex testamento: cum testator instituit filios, & substituit Sempronium si filius, sine filijs decesserit. Gui.dec.39.& Segu.in l.3.§.fi.ff.de lib.& posthu. num.178.communem dicunt.

Et filius filij, licet sit positum in conditione: nō dicuntur positi in dispositione, & sic non dicũtur uocati ad fideicommissum. Gozadi.in cons. 104. num.7.communem dicit.

119 ¶ Filio instituto cum grauamine, si habet cohæredem: competit quærela inofficiosi testamenti, si tamen est solus: non competit querela, sed bonorum possessio secundum tabulas.Iaso.in l. filijs matrem.

matrem.nu.4.de inoff.testa.C.communem dicit.

120 ¶ Filio instituto sub conditione casuali, & in eius defectu exhæredatus, reicitur conditio, ut testamentum ualeat. Cur.iuni.148.num.9. communem dicit.

121 ¶ Filius spurius, sicut nõ potest habere aliquid ex bonis patris stante legitima prole, ita nec nepos, etsi sit legitimus, & naturalis ex tali filio Ias. in l.hæreditas num.8.C. qui.ut.iudi. communem dicit.

122 ¶ Filius spurius, quod possit institui hæres ex testamento nec statuto nec lege municipali statuitur. Coua.in epi.4.cap.8.§.5.num.6. communem dicit ex Baptista de sancto Blasio in reg.omnes populi.ff.de iusti.& iure fo.11.co.l.

*§ De iure regio per l.10.in decisionibus tau. pater potest legare filio etiam ex damnato coitu procreato: etsi sint legitimi quintam partem bonorum.

123 ¶ Fallit, quo ad alimenta, quia filij ex quocumque coitu procreati sunt alimentandi. Coua. in epi.4.cap.8.§.6.num.6.communem dicit ex Aret. in princ. insti.de iur. na. gen.& ciui.

124 ¶ Amplia ad dotem filiæ, quia sicut tenetur ad alimenta: ita & ad dotem. idem Coua.ibi nu.11. ex Io.Baptista de S·Seue.in l. siqua illustris col. pe.C.ad orfici.

125 ¶ Fallit secundo, in successione fratrum si sunt uterini: ex quocumque coitu succedunt agnatis, uel fratribus ab intestato. idem ibi numer. 19. ex Corneo consi.71.uol.1.communem dicit.

*§ De iure regio habes l.12.ti.13.par.6.ubi disponitur quod frater uterinus succedit fratri: & non

fratres

fratres ex patre,si tamen non sunt uterini succedunt fratres ex patre solum, etsi adest fratri legitimus,& naturalis patri: repellit alios fratres naturales ex patre

126 ¶ Nota quod filius non dicitur ex damnato coitu natus, si sit susceptus ex coniugato & soluta. Coua ibi numer.16. communem dicit ex Decio conf.311.hanc opinionem uidetur sentire l.9.tau. Cum filij dicantur solum esse damnato coitu, cũ mater iucurrit pænam mortis, uel si sit susceptus a religioso,uel moniali. licet lex. 24.ti.3.li.1.ordi. uidebatur innuere contrarium nostræ communi .sed cum l.9.sit posterior: illi standum est.

127 ¶ Filius spurius, & naturalis comprehenditur in pænis impositis filijs propter delictum fratris, uel hereticorum filii Io.Cora.de sena.ff.in l.liberos nu.11.communem dicit.

*§ Nota istam communem ad ampliationem l.2.ti. 2.par.7.& nota quod licet filius hereticorum sit priuatus a succesione paterna:non tamen a succesione aui chatholici secundum Iaco. Butri. in l.1.C.de here.insti.quem refert Segu.2.in l.cohæredi.§.cum filiæ de vulgar.& pupil ff.num.73. uide docto.de pala.rube.de obtenti.re nauariæ.par. 5.§.6.& 7.in respon.ad obiecta.

128 ¶ Filio legitimo potest conferri beneficium p patrem uicarium.Deci.consi.129.

129 ¶ Filius ex damnato coitu nõ potest agere pro patre sine mandato.Iaso.in l.exigendi num. 9. C. de procu.communem dicit.

130 ¶ Filius familiàs potest agere sine consensu patris in peculio castrensi: in aduentitio tamen, si pater est præsens in iuditio, compellitur prestare con-

cõſenſum : ſi tamen eſt in territorio,expectabitur conſenſus qui præſtandus eſt ante litem conteſtatam. Anto.de tremo.in addi. ad bona : in practi. excepti.in rub.qui.mo.ſuo.no.aui.nu.13. in uerſi. generaliter .commu nem dicit.

*§ Et ideo clericus pro fructibus beneficij, poteſt eſſe in iuditio ſine licentia patiens lucrum : ut lõge tradditur A pala:rub. in repet.rubr.col.185.& ut habẽt in l.2.lib.5.par.3.ubi tractat de patre per cipiente fructus beneficiorum filij, quod tenetur ad rationem reddendam :

131 ¶ Fallit in filia, quia poteſt eſſe in iuditio ſine conſenſum patris cum agit pro dote aduentitia, quæ proceſsit ab auo,uel a matre. Iaſo. in l. quod locum nu.11.C.de colla.communem dicit.

132 ¶ Fallit ſecũdo,quod filius familiàs poteſt agere nomine alieno ſine conſenſu patris. idem Anto.num.14.in uerbo ſine conſenſu patris communem dicit.

*§ Dum tamen ſit maior 25.annorum per c. qui generaliter .§.licet de procu.in 6. & eſt l. 5. & ti. 5. par.3.& ſic communis intellecta facit pro intel. l.7.ti.2.par.3.

133 ¶ Fallit tertio,quia filius familiàs poteſt accuſare ſine conſenſu patris Anto.de tremo.ibi com munem dicit.

134 ¶ Filius familiàs adhoc quod poſsit donare cauſa mortis : requiritur conſenſus patris. Anto. rube.conſi.46.num.4.communem dicit.

135 ¶ Nota quod iſte conſenſus preſtandus per patrem,poteſt preſtari per epiſtolam: Amto.de trie mo :ibi ſupra num.15.in uerbo uerum non puto communem dicit.

Filia

136 ¶ Filia poteſt contrahere matrimonium abſq; licentia patris: & nullam pœnam incurrit. Abbas in cap.1.deſpon.communem dicit. Et illud quod dicitur quod filia emancipata ante uigeſimũ quintum annum, non poteſt contrahere motrimoniũ ſine licentia patris: procedit de honeſtate, non tamen de neceſsitate approbata: gloſ.in l.uidua.C. de nupti.quam communem dicit. Coua in epi.4. par.2.c.3.§.8.& uid.quod habes 5.nu.

*§ Nota quod hæc communis deſtruit l.2.ti.delos matrimonios fo.ll.& l.4.ti.1.li.5.ordi. de qua uide plura in d.cap.per ueſtras de dona.inter uir. & uxo.col.263.& Alexan.con.1.uol.3.quæ leges haberent locum in matrimonio per l.49.tau. quia tunc non militat ratio ex qua dicitur ll.illas ſublatas eſſe cum licet ſit uerum quod reges, & principes ſeculares non poſſunt diſponere in concernẽtibus ſpiritualia qualia ſunt matrimonia: ut ꝑ Io. And. communiter receptum in cap. ſtatutum de here.in 6.& Panor.& Feli.in cap.æccleſia de conſti.tamen bene poteſt imponere pœnas ad obſeruationem legis canonicæ per gloſ. ſingularem in cle.ne Romani de electi.

137 ¶ Filia teſtamẽtũ rumpit ſi præteriatur:& ſtante ſtatuto quod filijs maſculis ſtantibus, filia dotata cenſeatur excluſa: Alex.& Iaſ.in l.ſiquis poſthumus.ff.de lib.& poſthu.Io.duran.in arte teſtan. ti.3.cau.5.communem dicit.

138 ¶ Fallit ſi inſtituatur ultra dotem in quinque ſolidos. Io.de Imol.in c.rainuntius de teſta.communem dicit.

139 ¶ Filia quæ ex lege municipali a ſucceſsione parentum excluditur: dum ſuperſunt maſculi, & poſt

post quadraginta annos admittitur. Socc. consi. 63.uol.1.communem dicit.

140 ¶ Filia, cui mille pater in testamento reliquit: & postea data sit nuptui, & dos sit ei soluta: habebit tantum suplementum legati. Alex. & Iaso. in l.huius modi .§.si pater .ff.de leg.1. & Io. duran. in arte testan.tit.6.cau.36.communem dicit.

141 ¶ Filiorum appellatione ubi expresse sunt filij nominati, non ueniunt nepotes. Cur.iuni.cons. 114.num.5.communem dicit.

142 ¶ Amplia primo, in statuto excludente filiam propter filium masculum: quia si est nepos: excluditur & filia. Ias.in l.de quibus.ff.de legi. nu. 16. communem dicit.

143 ¶ Amplia secnndo, & in fideicommisso: etsi non sint nominati proprijs nominibus: quia non comprehenduntur nepotes. Bello.in cons.50.nu. 5. communem dicit.

144 ¶ Fallit primo, si testator nominet filios, honorando illos in institutione, uel substitutione. Cur. iuni.consi.128.nu.12. communem dicit.

145 ¶ Fallit secundo, quando sequeretur aliquod durum. Curt.iuni.consi.3.numer.8. communem dicit.

146 ¶ Fallit tertio, in casibus in quibus masculinum concipit fœmininum: idem iuni. num.12. communem dicit.

147 ¶ Fallit quarto, quando dicit uelle conseruari in agnatione bona sua. idem ibi num.11 communem dicit.

148 ¶ Fallit quinto, quando testator fecit mentionem de filijs nascituris. idem Iunior. ibi num. 9. communem dicit.

Fallit

149 ¶ Fallit sexto, quando dispositio testatoris fuit collata in futurum euentum incertum tamen, si decesserit sine filijs. Goza.consi.4.num.13.& 31. communem dicit ex Decio consi. 391.

150 ¶ Filia dotata si superuixit patri: etsi renuntiauit legitimæ, obest nepotibus renuntiatio. Bello. consi.15.num.14.communem dicit ex Bal.in l. pactum. glos.2.C.de colla.

151 ¶ Filia renuntians legitimæ, si moriatur uiuo patre, non nocet nepotibus quin possit petere, si uelint succedere non ex capite matris, sed sua. idem Bello.nu.5.ex Bal.in l.fi.C. de pactis. Quia renuntiatio uidetur facta si hæreditas ad eam peruenerit, ut per Bertran.consi.138. uol. 1. & Goza.consi.75.

152 ¶ Filiatio per tractatum non probatur. Coua. in epi.4.cap.8.§.3.num.6.communem dicit. Sed Deci.in consi. 54. dicit contrariam communem. sed tamen pro concordia, dic quod in petitorio solus contractus non sufficit. in possessorio, cum agitur ad alimenta sufficit. Docto.in cap.2. qui filij sunt legi. uel dic quod solus sine adminiculis non probatur: cum aliis adminiculis sic. ut in simile dicimus de nominatione: nisi sint actus in quo filius nominatur: quæ soli filio competit. ut est in emancipatione, ac melioratione, uel similiter. Coua.ibi num.7.communem dicit ex Iason consi.102.uol.4.ui.Ludo.de Gozza.consi.13. per totum.

* § Nota istam communem ad intelectum l.fi.ti.19. par.4.loquentē de patre negante filium. & ad intel.l.24.ti.5.par.1.

153 ¶ Filiatio probatur si nascascatur in domo, &

de

de concubina retenta in domo. Coua.ibi num.8. communem dicit ex glos. in cap. Michael.de fili. presbiter.

*§ Concor.cum l.9.ti.14.par.3.

154 ¶ Fiscus præfertur substituto si institutus indignus fuerit: communem testatur Ripa in l.1.nu. 155.de vulg.& pupil. Quæ opinio indubitanter procedit adita hæreditate per indignum, ut ibi per eum.

155 ¶ Fiscus; & priuatus quando concurrunt, & non apparet de potiori iure: si sumus in causa onerosa, prefertnr fiscus priuato: si autem causa est lucratiua, prefertur priuatus fisco. Anto. de fano.in trac.de pigno.in 2.par.num. 4. num. 118. communem dicit.

156 ¶ Fiscus qui habetur loco hæredis in bonis cōdemnati, non potest facere quod condemnatus non poterat facere, Curt.iuni.consi.120.communem dicit.

*§ Nota istam communem ad intel.l.7. ti.8. par.8. & l.16.ti.7.par.6.& le.2.ti.2.par.17.& l.3. ti. 20. par.7.loquentem de bonis quæ ex delicto fisco applicantur: & uid.quæ habes supra in uerbo emphiteosis.

157 ¶ Forensis non potest denuntiare nouum opus quando ædificatur in publico nisi edificaretur in uia. Ias.in l.§.si in publico num.1.ff.de no. oper. nunt.communem dicit.

158 ¶ Forensis habebit possessionem data ordinatione ut danti ciuitati aliquid detur possesio aliqua: etsi sit prohibitum forensi acquirere in territorio. Hyero.Cagno.in l.fi.ff.de re.iu. numer. 8. communem dicit.

Fornarius

159 ¶ Fornarius obligatus ad coquendum panem pro familia:si augeatur cum excessu,non tenetur: nisi usque ad numerum familiæ existentis in tempore prommissionis. Alber. brunus in tracta. de augmento. conclu.10.principalis. magis commu nem dicit.

160 ¶ Francigenæ non poterunt pupillariter sudsti tuere liberis suis quia eos non habent in potestate, communem ait Ripa in l. 11. numer. 21.ff. de vulg.& pupil.

161 ¶ Frater non excluditur a successione legitimæ fratris propter ingratitudinem.Io.de Garro. in authen.ex testamento numer. 40.communem dicit.

162 ¶ Frater tenetur dotare sororem pauperem communem ait Fulgos.consi.224.Anto.de Mora. & Ripa in l.1.num.83.sol.matr.

163 ¶ Fratres predicatores possunt capere ut uendant & præcium in eorũ usum conuertant. communem dicit. Dec.consi.559.num.3.

164 ¶ Fratres minores nõ possunt esse executores testamẽtorum, communem inquit Dec con.499. num.34.

165 ¶ Fratris filia non censetur dotata de bonis fratrum existentium in communi. Iason. in l. quod locum num.6.C.de colla.communem dicit.

166 ¶ Frater,uel socius qui habet domum communem potest compelli per fratrem ut recipiat conductorem idoneum in sua parte. Iaso.in l. quanquam. num.24.C.qui.testa.face.possunt communem dicit.

167 ¶ Ftatrum filij succedunt patruo defuncto in stirpem, & non in capita Zasi.de feu.par.8.num. 19.

19.communem dicit ex glos.in cap.satis bene de prohi.feu.alię.per Loth, licet ipse teneat contra, cum Azone in summa. & Accur.in.§.hoc & in fi. insti.de legi.agna.succesi.per tex.in authe.de hęre.ab intesta.§.si autem cum fratribus cui opinioni ego astipulor:cum uera sit.

168 ¶ Fatricula, & eius hæres est incapax fratris mortui successionis, Boe.dec.25.num.8.communem dicit.

169 ¶ Fructus ante, uel post aditam hęreditatem perceptos bona fide, hæres legatario restituere non tenetur. Alexan.in l. si tibi.§.cum seruus.ff. de lega.1.Io.durau.in arte testan.ti.6.cau.11, cōmunem dicunt.

170 ¶ Fructus etiam extantes prescribuntur spatio trium annorum. Balbus in trac.de pres. in 4.par. q.35.communem dicit.

171 ¶ Fructus bonorum paraphernalium si extant, restituuntur uxori, uel eius hæredibus, si sunt comsumpti, restituuntur: si fuerunt percepti cōtra uoluntatem uxoris, si cum eius uoluntate, lucratur maritus industriales, secus naturales communem inquit. Dec.consi.521. colu.2. uersi. sed dubium est.

172 ¶ Fructus rei feudalis non possunt locari Zas. in epit.feud.parte 9.num.12. communem dicit, si uerò inter partes est conuentum, ꝙ nō transeat dominium, uel si sit usque ad Nouennium locatio, bene ualet, & sic est intelligenda gl.in l. codicillis.§.instituto.ff.de leg.111. quæ dicebat locationem non esse alienationem.

173 ¶ Fructus rei petitæ post litem contestatam, restituuntur per uictum. Coua.in epi.4. ca.8.nu.

M 5.§.

5.§.1.communē dicit ex glos.in l. ex diuerso .ff. de rei uendi.

174 ¶ Fuga est sufficiens inditium ad torturam, si concurrat cum fama: Mar.Anto.in trac. de indi. num.278.& 277.communem dicit.

*§ Nota istam communē ad intel.l.4.ti.17.li.4.fo. ll.& l.3.ti.8.li.2.eiusdem fori.

175 ¶ Fallit, quando post accusationem institutam & post inquisitionem ipse inculpatus fugam arripuit. idem Mar.Anto.nu.179.uersi.hæc conclusio restringitur, communem dicit. ex Bar. in l.1. C.de bon.eo.ubi etiam dicit aliàs limitationes: si iudex est terribilis, uel habet inimicos ex Bald. in l.bonæ fidei.C.de iure iuran. Et nota uerbum satis solemne dicti Anto.in num.193.quod si reus qui aufugerit, fuerit citatus, & bānitus propter istud delictum: quod sine alio indicio. ex fuga,& contumatia potest quæstionari: & sic debet intelligi.d.Iaco.de belui. quem refert Bal.in l.1.C. de requ.reis.quod ex tali absentia, & fuga potest quęstionari: & habet onus probandi innocentiā: quādo fuit remissus,sine sponte uenit,siue captus. Et notat etiam illud uerbum Ias. in l. admonendi in repet.num.169.quod si sponte reuersus est in breui hominem suspitionem purgat: quod tendit ad intel.pragma.de contumace contra quem proceditur de qua in uerbo absens ubi uide dictum solemne. Coua. quando dicatur tempus breue adhoc quo purgetur omnis suspitio.

176 ¶ Fugę suspitio facit. ut iudex incopetens possit capere debitorem Iuni.in l.2.ff. de iurisd. omni.iudi.nu.31.communem dicit, ubi ponit ea quæ requiruntur adhoc quo fugitiuus possit capi: suspitio,

ſpitio, teſtes cum iuramento, quod debitum ſit liquidum. alias pro damnis, & intereſſe non poteſt capi ibi num. 38.

*§ Nota iſtam communem ad intel. l. 14. ti. 14. par. 5. & l. 2. ti. 19. li. 3. fo. ll. & l. 12. ti. ulti. lib. 3. eiuſdem fori & l. 1. ti. 11. lib. 5. ordi. & l. 4. ſtili. quæ omnes loquuntur de debitore fugitiuo, & de eius bonis. Item nota, quod ſicut poteſt capi ad petitionē debitoris, ita & ceſsionarij. Segu. in l. ſi ex legati. ff. de uerb. obli. nu. 94.

177 ¶ Nota quod ſuſpitio non probatur iuramento partis: ſed requiritur cognitio ſummaria cum iuramento. Ant. de tremo. in addi. ad bona c. Cur. in pract. excepti. in rub. de recuſa. num. 3. & Io. a Ripa de legi. cap. 13. num. 27. communem dicunt: & uid. ſupra in littera. c. de clerico fugitiuo.

178 ¶ Fugere non tenetur inſultatus: nec tenetur de occiſo. Iaſ. in l. ut uim num. 38. ff. de iuſti. & iure communem dicit.

179 ¶ Fugiens ad ſacroſanctum ſacramentum æuchariſtiæ, gaudet immunitate æccleſiaſtica: prout ſi ad æccleſiam confugeret reus. ut inde deuelli non poſsit. Coua. in reſolu. li. 2. cap. 70. numer. 6. communem dicit ex Gomeſio in. §. pænales num. 50. inſti. de acti.

180 ¶ Furioſus qui habet dilucida interualla: ſi contrahit preſumitur contraxiſſe tempore furoris. Cur. iuni. in conſi. 151. num. 7. Prepo. in cap. dilectus deſpō. el. 2. Iaſ. in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui & alie. iur. nu. 1. communem dicunt.

*§ Intellige iſtam communem, quo ad actus, qui paulò poſt furorem fiunt Aret. & Imol. in l. 1. ff. de uerb. obli. §. fi. uel ſi laborat furore continuo. ut

per unum menſem, uel unum annum: ſecus tamē ſi per aliquos actus, quia non præſumitur durare. Alci. in tract. preſum. re. 2. preſum. 18. ex quibus declaratur l. 6. ti. 2. par. 4.

181 ¶ Furioſus licet tempore ſanæ mentis, occidat aliquem: non poteſt pœna corporali affligi. Iaſ. in l. furioſum. C. qui teſta. face. poſſunt. ubi originaliter Bal. communem dicit.

182 ¶ Amplia, etiam ſi poſt delictum efficiatur furioſus: non debet pœna corporali affligi, in bonis autem condemnabitur. Iaſo. ibi numer. 7. & 11. communem dicit.

183 ¶ Furioſus non citatur cum de curatore prouidetur. Hyero. Cagno. in l. furioſi. ff. de re iudi. in fin. communem dicit.

G

1 GAbellam contractuum non tenentur ſoluere eccleſia, uel Clerici. communem ait Deci. conſi. 496. nu. 3.

2 ¶ Gabella eſt ſoluenda, etiam in foro conſcientiæ; quando eſt impoſita ab habente poteſtatem imponendi. Bertra. in tract. de Gabellis par. 9. q. 1. communem dicit.

3 ¶ Gabella, ſi debetur de re diſtrahenda a loco: & res publicetur propter non ſolutionem ſi contingat plures res diſtrahi, ſi de una ſoluatur gabella: reliquæ publicantur: non tamen res de qua ſoluta eſt, ſi licitè poterat extrahi: aliàs omnes publicantur: etſi ſit ſoluta gabella de omnibus. Firma. de gabel. in 9. par. in fi. communem dicit.

4 ¶ Gabella, ſi debet ſolui ſecundum ſtatutum per extrahen-

extrahentem aliquam rem a territorio:non exteñ ditur ad res quæ ad proprium usum extrahuntur. Ias.in l.certa.§.sed si quis ad opus.ff.de le.1.nu.7. communem dicit.

5 ¶ Gabella, si secundum statutum debeat solui de aliquibus bonis extractis de aliquo territorio: nõ comprehendit res quæ originaliter non sunt de dicto territorio, sed per transitum aliunde deportantur. Ias. ibi. num.71.communem dicit.

6 ¶ Generare non ualens, non potest contrahere matrimonium. Io.de neuiz. in silua nupti.par.1. fo.59.communem dicit.

7 ¶ Generalis dispositio non cõpræhendit causam dotis. communem dicit Negusan. in tract. de pign.in 1.par.8.partis principalis nu.3.ad fin.

H

1 HAeres non compellitur satisfacere pro mortuo in quo non apparuerunt signa cõtrictionis. Panor.in cap.a nobis de sen.excommu. communẽ dicit. licet ipse teneat contrariũ.

*§ Nota istam communem ad restrictionem l. 14. tit.3.par.6.dicentis hæredẽ teneri pro testatore.

2 ¶ Hæres tenetur de damno dato a defuncto: etsi nec ad ipsum nec ad mortuum alquid peruenerit. secundum ius canonicum. Panor.in c. parrochiano de sepul.communem dicit.

*§ Nota, quod aliud disponitur per l.3.ti.15.par.7. cum intel.l.stili.68.& de l.6.ti.10.li.3. fo.ll.ubi disponitur. quod si lis non fuit contestata cum defuncto, uel ipsi hæredes nullum commodum receperunt. quod non tenetur de dicto damno illa-

to a defuncto: quod procedit de rigore iuris ciuilis. secus tamen de æquitate canonica, cum apparuerint in defuncto signa contritionis. quia tunc tenetur hæres exonerare conscientiam defuncti: secus tamen, si non apparuerint. Idem est de iure canonico, quod de ciuili, per longè tradita per Guille. mainerium in l. sicuti num. 2. ff. de reg. iur. usque ad num. 9. ubi dicit nostram conclusionem communem. Item nota, quod in delictis in quibus mæmoria post mortem potest damnari: de quibus est glos. in summa. 24. q. 2. & in. §. interdũ insti. de hære. quæ ab intestato de fer. & glos. in c. a nobis el. 2. de senten. exco. & Feli. in cap. cum nobis num. 12. de prescri. & si lis non sit contestata: & procedatur contra absentem, & moriatur: hæres tenetur. ut manifestè dicit l. ulti. in pragma. complu. de codi. iudi.

3 ¶ Restringe usque ad uires hæreditarias, & non confecto inuẽtario. Ant. de fano. de pigno. mem. 4. par. 2. num. 124. in fi. communem dicit.

4 ¶ Amplia, non solum quo ad delictum: sed etiã quo ad alia de iure canonico. Prepo. in cap. episcopus 12. q. 2. communem dicit: & competit cõtra creditorem totum petentem remedium Euangelicæ denuntiationis. Alci. in ca. nouit. de iudi. num. 34. communem dicit.

5 ¶ Nota quod si unus ex hęredibus non sit soluendo: alius tenetur ex onerare conscientiam defuncti. Alci. in l. 2. §. 1. num. 31. ff. de uerb. obli. communem dicit.

6 ¶ Hæres, etsi sit filius: tenetur obseruare cõtractũ factũ per patrem: etiam si tangat suam legitimã, Suarez. in l. quoniam in prioribus num. 7. in 7. ampliatione

pliatione .C.de inoffi.testa.communem dicit.

* § Nota istam communem ad intel.l.24.ti.13. par. 5.& uid.rationem supra in uerbo binubis nume.9 de quo uid.per Io.ma.in l. generaliter de secun. nupti.num.17.C.

7 ¶ Hęres unusquisque in solidum tenetur adimple re factum indiuiduum ad quod tenebatur testator & uno adimplente, est satisfactum. & alij non in cidunt in pœnam. Alci.in l. 2.§. cato num. 41. ff. de uerb.obli.communem dicit.

8 ¶ Hæres qui cōfecit inuentarium,etsi dolosè. om mittat ponere unam, uel duas res in illo: non tenetur in solidum. ut aliàs teneretur, si nullum inuentarium confecisset. Ias.in l. in computatione §.licentia numer.4. C. de iure delib. communem dicit.

9 ¶ Hæres condemnatus per sententiam, beneficio inuentarij iuuatur. Alexan.in l.ex diuerso.§.fi.ff. solu.matrimonio. communem dicit. Ias.in l. 1.ff. de iur.& fac.igno num.17.

10 ¶ Hæres suus, etsi repudiaret hæreditatem: potest re integra reuocare repudiationem, etsi habeat cohæredem extraneum. Iaso.in l.pupillorū. de repud. & absti.hęre.nu.2. communem dicit.

11 ¶ Hæres successurus infra tempus primi hęredis, interrogatus si uelit succedere: & ipse dicat quod non sibi preudicat. Iaso .in rubri.de succes. edi.in pri.communem dicit.

12 ¶ Hęres non conficiens inuentarium, non perdit trebellianicam, communem ait Alex.consi.ij. li.5.& consi.62.li.4. Contrariam uerò inquit magis communem Fulgos.in auth.sed cum testator.C.ad L. iulia. & Deci. con.436.col.5.in prin.

13 ¶ Hæres ſcriptus in teſtamento ualido de iurè ciuili,ſi agnoſcat bonorum poſſeſsionem de iure prætorio non eſt propriè hęreſ.communem teſta tur Ripa in l.1.num.12.ff.de vulg.& pupil.

14 ¶ Hærdis appellatione in materia feudali, ſoli filij ueniunt, ita communiter teneri dicit Deci. conſi.516.nu.10.

15 ¶ Hæres non adiens hæreditatem inſtitutus in re certa,eſt uniuerſalis hæres. Alexa.in l.quoties C.de hære.inſti.Io.duran.in arte teſtan. ti.6. cau. 2. Mainerius in l.ius noſtrum num.6.de reg.iu. ff. communem dicit.

*§ Cum hac concor.l.3.ti.5. par. 6. & plus dicit l. 14.ti.3.par.ea.quod inſtitutus in re certa, ſi alius hæres non inueniatur: nec in illo, nec in alio teſtamento · ille erit hæres. & uid.l. 17. eiuſ. ti. infra littera.i.num.39.

16 ¶ Hęres ſi cedit actionem forenſi contra ſtatutũ, ſi hoc faciat ex mandato teſtatoris: non incidit in pænam ſtatuti. Iaſo.in l.iuſtè poſsidet. nume. 29. de acqui.poſſe.ff. communem dicit.

17 ¶ Hæres inſtitutus tanquam filius reputatus a pa tre non ſuccedit & ueniens ab inteſtato, ac ipſis deficientibus, fiſcus ſuccedit. Iaſ.in l.ſi pater tuus num.10. C.de hære.inſti.communem dicit.

18 ¶ Hęres defuncti preſidis habebit integrum ſala rium totius temporis offitij, ſi tempus non ſit fini tum. Iunior in l.diem functo num. 30.de offic.aſſeſ.ff. communem dicit. uide.in uerbo ſalarium numer. 1.

19 ¶ Hæres tenetur ad alendum uxorem defuncti infra annum luctus. Iaſ.in .§.fuerat. in ſti.de acti. num.28. communem dicit.

Hæres

20 ¶ Hæres tenetur ad soluendum æs alienum, & non usufructuarius. Deci. consi. 610. Io. durã. in arte testan.ti.6.cau.42.communem dicit.

21 ¶ Hæres mariti potest accusare adulterium uxoris commissum in uita mariti: etsi ignorauerit adulterium, Boe. deci. 338.num. 7. communem dicit.

* § De iure regio, post mortem mariti mulier adultera potest accusari de adulterio commisso in uita mariti per sex menses utiles a tempore adulterij commissi; non tamen post l.3.ti.17.par.7.& nota quod licet de adulterio non possit mulier accusari absque uoluntate uiri: ut in l.3.ti.7.li.4. fo.ll. correcta l.2.ti.17.par.7.maritus tamen uenit puniendus si fuit adulterij causa l. 7.ti. 17.par. 7. de quibus ll.uid.Io. lupum in repe.c. col. 332.§. 21. num.23.

22 ¶ Hæres institutus,etiam dato substituto vulgariter, ius delliberandi transmittit ad hæredes si decesserit hæreditate non adita,Sciens ad se hæreditatem delatam. Io.duran.in arte testan. ti.5. cau. 1.communem dicit.

23 ¶ Hæredi, ad hæreditatem uendicandam, dantur plura remedia: & respectu possessionis adipiscendę, datur primo remedium l. fi.C. de ædi. diui.Adri.ut ostenso testamento non cancellato, nec abolito hæres mittatur in possessiõem rerum hæreditariarum. quod remedium competit ex testamento,non tamen ab intestato Deci.in d.l.fi.& Bello.con.35.communem dicũt. Item datur remedium quorum bonorum utile l.1.& Doctores ibi .C.quorum bonorum. quod interdictum datur contra illum qui possidet pro hærede: quia pu

tat

tat se hęredem,uel pro possessore, quia incumbit possesioni solum .§.adipiscendæ insti.de interdictis. Si verò habet titulum verum: vt si posidet pro emptore,pro donato,pro dote, sicut petitio hæreditatis non datur contra eum. ut per. Iason; in .§.actionum num. 218. vbi dicit communem: nec interdictum quorum bonorum, sed tamen dicta reg.patitur plures exceptiones de quibus per Iason.ibi & Tiraquel.in tract. leg. morte saisit le vif.par. 2.de 7.num. 13. & Aymon de grauetta. consi. 73.

24 ¶ Hæredis appellatione non uenit fideicommissarius, Bello. consi. 42. numer. 13. communem dicit..

25 ¶ Limita in statutis quæ sunt conformia iuri cōmuni, uel præter ius commune. idem. Bello. numer.15. communem dicit & Alexand.in cons. 82.uol.2.

26 ¶ Hæreditate aui priuatur nepos ex parricidio commisso a fratre. Boe.decis.21 .num.8.communem dicit.

27 ¶ Hæreditas defuncti occisi si per familiam fuerit occisus: non debet adiri priusquam familia,ac serui fuerint torti: siue palam, siue clam fuerit facta mors. Si tamen ab extraneis fiat: si palam, nō est adeunda anteaquam accusatio fiat. Si tamē fuerit facta clam: potest adiri: & postea fit accusatio. Iaso.in l.cum frater num. 4.C. de his qui. ut indig.communem dicit.

28 ¶ Hæreditate adita,non dicitur amplius hæreditas. Iaso.in l.possesio appellata.§.ueteres num. 18.ff.de acquir.posse.communem dicit.

29 ¶ Hęreditatis aditio est animi. Io.duran. in arte

te testan.ti.11.cau.1. communem dicit. sed non probatur nisi per actum. Anto.nice. in concor. glos.concor.19.uol.1.communem dicit.

39 ¶ Hæreditas potest adiri usq; ad triginta annos. Alexan.in l.licet de iure delib.C. elapsis tamen, possunt filij ex capite unde legitimi intra alios triginta adire. Alexan.consi.89.uol.2. Extraneis autem ex capite ingorantiæ, restitutio conceditur. Io.duran.ti.11.cau.6. cōmunem dicit. Balb. aūt in trac.prescri.in 4.par.4.par.q.19.dicit quod cū filius possit adire hęreditatem ex capite unde liberi, unde legitimi, & unde cognati. quod ex quolibet capite habet triginta an nos: & sic habet nonaginta annos ad adeundam hæreditatem paternam: & dicit hanc esse communem, Iaso. autem in l.licet num.1.& 5.de iur.deli.C.dicit quod extraneis ius adeundi durat per triginta annos: ius autem immiscendi, quod competit suis: durat etiam per triginta annos solum, & hanc dicit esse communem. Sed Suarez.in l.8.ti.delas herencias li.3.fo.ll.num.41.cum sequenti, concludit communem opinionem esse quod filij habeant ex testamento triginta annos ad adeundam hæreditatem: at illis completis, habeāt alios triginta annos ab intestato.& sic filij habent sexaginta annos ad adeundam,& petendam hæreditatem paternā. Et plus dicit, quod solum ab intestato habet sexaginta annos: etsi non sit testamentum. & dicit communem in num.54. Et nota quod in quantū dictum est per Suarez.quod ex testamento habet triginta annos filius:& istis completis habet alios triginta ab intestato: intellige istam communem, cum solus in testamento fuit institutus hæres. secus

cus tamen, quando habuit alios hæredes: Quia non habebit nisi illos priores triginta annos. ut per Bal.in l.licet.C.de iur.delib & Ludo.de Gozza.in con.80.num.6.quod nota quod per istud notabile concordantur omnes opiniones supradictę & concluditur quod ius adeundi, & immiscendi prescribitur contra filios per triginta annos quando sunt alij hæredes: secus tamen, si non sunt alij hæredes, nec descendentes. ut legaliter notat dictus Ludo.de gozzadinis in con.56.nu.5.& 13.

*§ De iure regni habes l.7.ti.14.par.6. distinguentem, uel detinés posidet cum bona fide, & titulo: & prescribit per decé annos inter presentes, & uiginti inter absentes: aut posidet cum titulo: & Mala fide aut sine titulo, & cum mala fide: & prescribit per triginta annos. Quibus elapsis non datur regressus ad hæreditatem adeundam: & ex hac lege uidetur approbata communis opinio relata a Iasone quod solum sint dati triginta anni ad adeundam hæreditatem ex quocumque titulo.

31 ¶ Hæreditate paterna non adita filio mortuo, transmittitur ad hæres extraneos. Iaso.in l.cum antiquioribus.C.de iur. delib. nu. 1. communem dicit & Tiraquel.in trac.le mort. saisit le vef.par. 2.decla.5.nnm.21.

32 ¶ Amplia etiam, si non sit agnita iure suitatis. Deci.con.331.& con.245.& Iaf.consi.30. uol. 1. communem dicunt.

33 ¶ Amplia secnndo, in hærede minoris: qui mortuus est ante aditam hæreditatem. Quia succurritur restitutione. Io.duran.in arte testan.ti. 11. cau.1.communem dicit. Iaso.in l.si infanti num. 17.

17.C.de iur.delib.communem dicit.

34 ¶ Restringe istam ampliationem: si est apposita in testaméto clausula codicillaris: Quia hæredes in hoc casu petunt hæreditatem ex fideicommisso, & non est necessaria restitutio Alexan. in l. cũ filio .ff. de le.1. Io. duran. ubi supra communem dicit.

35 ¶ Limita primam conclusionem in filio emancipato: qui hodie non transmittit hæreditatem non aditam ex potentia suitatis: quia licet sit sublata differētia suitatis, ac patriæ potestatis quo ad successionem ab intestato: non tamen in alijs, ut in transmissionibus. Ias. in l. emancipata num. 6. C. qui admitti.communem dicit.

36 ¶ Hæreditate paterna repudiata cæteris filijs, debetur hæreditas æqualiter. Coua. in epi. de succesſio.ab intestato consi. 9. communem dicit.

37 ¶ Hæreditatem adire potest precipuè secus usufructuarius cuius cōtemplatione relictus est seruus usufructuarius, & non requiritur uoluntas proprietarij Iaso. in l. possessio appellata. §. ueteres num. 37. de acquir. posse. ff. communem dicit.

38 ¶ Hæreditatem adire infans non potest: sed solum pater, aut tutor, aut est maior infante, & minor sine tutore, nec tutor sine minore adire potest Bello.consi.24.num.16.communem dicit ex Soc. consi.89.& Bart.in l.infanti.C.de iur. delib.& docto.in l.bonorum.C.qui admi.

39 ¶ Nota quod per quemcunque actum per quem potest quis adire hæreditatem nomine proprio, censetur adire pro alio, Bello.consi.24.num. 15. communem dicit ex Bar.in l. gerit in fi.ff. de acqui.hære.

Hæreticus

40 ¶ Hæreticus, adhoc quod quis dicatur: requiruntur saltem duo testes de hæresi, Boe.dec.142. num.2.communem dicit.

41 ¶ Hæreticus condemnatus per iudicem æcclesiasticum, non debet de illo cognoscere iudex laicus. Ias.in l.magistratibus num.10.de iur.iurã. communem dicit.

42 ¶ Hæresis crimen est mærè ecclesiasticum: ita quod iudex laicus non potest se intromittere ad cognoscendum de illo. Alci.in l. perniciosam de offi.ordi.num.37.communem dicit.

43 ¶ Homicidium. si per statutum mandetur corporaliter puniri: debet intelligi: si per dolum fuit commissum. Iaso. in l.1.numer.70.ff.de legi. communem dicit.

44 ¶ Homicida non est priuatus benefitio, sed requiritur sententia. Alci. in cap. cum ab homine num.15.de iudi.communem dicit.

45 ¶ Hospitale priuatum non est impetrabile a Papa nec de illo se potest intromittere: licet posſit dici pius locus; Curt. iuni. consi. 20. numer. 1. communem dicit.

46 ¶ Hypoteca expressa, si non est in potestate debitoris recipere pecuniam: incipit a tempore promisſionis: si tamen erat in sua potestate a tempore solutionis per l.1.ff. qui po. in pigno. habeam quam legem intellige generaliter in omni credito, & non in sola dote. Anto.de fano. de pigno. in 2.par.mem.4.num.78.communem dicit.

47 ¶ Nota quod hypoteca tacita in dote incipit a die promisſionis: si postea sequatur tradditio: Idem ibi num.80.communem dicit.

48 ¶ Hypoteca tacita generalis, quam mulier habeat

beat pro dote: non preiudicatur, si mulier habeat pro dote speciale pignus. sed concurrunt ambæ cum mulier non possit facere ius dotis deterius. Anto. de fano. in 4. mem. 7. par. num. 83. communem dicit.

49 ¶ Amplia, in inquilino, qui prouisus est de speciali hypoteca alicuius rei conductoris: nam per hanc non. tollit hypoteca generalis de rebus inuectis in domo conducta. Idem ibi numer. 89. communem dicit.

50 ¶ Hypoteca generalis quam habet mulier pro dote, est ita efficax quod præfertur alijs creditoribus habentibus etiam tacitam hypotecam idē ibi num. 93. communem dicit.

51 ¶ Amplia istam communem ad matrimonium putatiuum cum bona fide contractum. idem ibi num. 103. communem dicit.

52 ¶ Nota quod licet ista hypoteca transeat ad filios eiusdem matrimonij non tamen ad filios, alterius matrimonij. idem ibi numer. 95. communem dicit.

53 ¶ Hypotheca generali subiciūt merces uenales Crot. in l. si constante consi. 44. & seq. solut. matr. dicit communem, & Ias. in l. qui Romæ. §. Callimachus col. 3. de uerb. oblig.

54 ¶ Hypotheca tacita in bonis tutoris, uel curatoris, & eorum fideiussoris incipit tempore, quo incipit esse tutor, non tempore, quo incipit male administrare, Nicusan. in tracti. de pignor. in 4. membro secundæ partis principalis nu. 12. ubi dicit communem, & tenendam.

55 ¶ Hypotheca, siue tacita, siue expressa in contractibus conditionalibus retrotrahitur ad diem con-

tractus hanc communem, & magis ueram inquit Aret. Nicus. de fano in tract. de pignor. in. 1. mem bro. v. partis principalis num. 24.

56 ¶ Hypoteca expressa anterior preualet hypotecæ tacitæ pro dote cum sit posterior. idem ibi nu. 98. communem dicit.

57 ¶ Amplia quod hypoteca expressa anterior prefertur hypotecæ etiam expræssæ pro dote. idem ibi nu. 100. & 102. communem dicit.

58 ¶ Hypoteca, quam habet conducens in rebus illatis, & inuectis in domo conducta, non solum habet locum quando pro mercede ingenere facta fuit locatio. sed etsi facta fuerit pro certa mercede. Anto. de fano. de pigno. in 4. mem. 2. par. nu. 138. communem dicit.

59 ¶ Fallit in bonis alienis inuectis, ac illatis quia non inducitur tacita hypoteca nisi dominus sciat, & taceat: quia tunc bene inducitur. idem ibi nu. 152. communem dicit.

60 ¶ Hypoteca pro legatis, licet constituatur in bonis testatoris non tamen in legatis. idem ibi num. 158. communem dicit.

61 ¶ Fallit, nisi a testatore remittatur quia tunc nõ inducitur idem ibi num. 162. communem dicit.

62 ¶ Hypotheca generalis omnium bonorum comprehendit tam præsentia, quam futura, & nomina debitorum. idem ibi nu. 165. communem dicit.

63 ¶ Hypoteca adhoc quò possit intentari contra tertios possessores: requiritur quod fiat excussio in bonis principalis, & quod sit pronunciatum p iudicem legitimè excussum. idem in 8. par. mem. 1. num. 11. communem dicit.

64 ¶ Item requiritur citatio possessorũ, & fideiussorum

ſorum . idem ibi num.12.communem dicit.

65 ¶ Amplia, etſi hypoteca ſit expreſſa. Anto. de ſa.de pigno.in 8.par.mem.1. numen. 21. communem dicit.

66 ¶ Amplia ſecundo,etſi pro dote . Idem ibi num. 23 communem dicit.

67 ¶ Amplia,etſi bona eſſent confiſcata: quia prius fiſcus debet excuti. idem ibi nu.15.

68 ¶ Fallit,quando actualiter fuit pignus tradditū creditori: nam ſi poſtea cadat a poſſeſsione, uel detentatione poteſt uendicari a poſſeſſore ſine ex cuſsione . idem ibi num.18.communem dicit.

I

1 IDoneitas quæ in reſcripto apponitur, non requiritur quod probetur: quamuis poſita ſit ſub conditione. Alci. in trac.de preſum.re 3. preſum.3.communem dicit.

2 ¶ Ignorantia,adhoc quod excuſet quando de lucro captando agitur: requiritur quod conſuluerit uolens ſe iuuare ex ignorantia plures peritiores: & non ſufficit unus. Io.Nico. conſi. 1. nu.7. de ſecun.nupti.communem dicit.

3 ¶ Amplia ad reſtitutionem concedendam ruſtico in contractu contra ius initum: quia debebat cō ſulere duos peritos: & non ſufficit unum conſulere. Io. Mauri. de reſti.in integ. cap. 88. communem dicit.

4 ¶ Ignorantiā contentorum in teſtamento patris, præſumitur filius habere.Curt.iuni.conſi.8.hæres autem extraneus non poſtquam ſe immiſcuit Hyero.Cagno.in l.qui in alterius. num.12.ff.de re iu.

 commu-

communem dicit.

5 ¶ Imperator eſt dominus mundi. Iaſ.in l.cunctos populos num.6.C.de ſumma trinita. communem dicit.

6 ¶ Imperium mærum eſt poteſtas gladij adnimauertendi in facinoroſos homines. Alci.in c.quod ſedem num.58.de offi.ordi.communem dicit.

* § Lex 2. ti.35.par.4.dicit mærum imperium eſt poteſtas iudicandi, & imperandi qui ſunt ex ſua iuriſditione.

7 ¶ Immunitate æccleſiaſtica non gaudet, qui per inſidias interficit, uel percutit alium: & iſte eſt communis ſenſus.c.1.de homi.teſte Coua.in reſo.c.70.li.1.nu.7.ex Anani.& Feli.in d.c.1.

8 ¶ Amplia iſtam communem, ad clericum homicidam per inſidias: quia debet actualiter deponi, & traddi curiæ ſeculari: non expectata incorrigibilitate propter atrocitatem criminis. idem Coua.in d.num.7.communem dicit ex Panor. in ca. cum non ab homine. de iudici.licet.ſibi non placeat. & communem dicit. contrariam ex Areti. in d.cap.cum non ab homine & Decio in ca. atſi clerici de iudi.cui ego aſtipulor.

9 ¶ Imperium mixtum eſt iuriſditio: quæ impartitur officio iudicis nobili ad priuatam utilitatem. Alci.in c.quod ſedem de offic.ordi.num.61. communem dicit.

01 ¶ Impetratio maioris, uel minoris, Benefitij nō facta mentione de benefitijs.quæ habet impetrās: non ualet. Panor.in cap.ad aures num.2.de reſ. communem dicit.

11 ¶ Amplia, quia eſt facienda mentio de benefitio in ſpecie. Ioan.de Ripa in d.c.ad aures num. 67.

67.communem dicit.

12 ¶ Impetr ans benefitiũ expreſſo ualore, non tenetur probare ualorem etſi dicat uerum u alorem expreſsiſſe. Curt.ſeni.conſi.127.quem refert Ripa in d.c.ad aures nu.7.communem dicit.

13 ¶ Impetrans non debet facere mentionem de nobilitate. idem. ibi num.68.communem dicit.

14 ¶ Impetrare poteſt quis benefitium pro alio, ſine mandato, Idem ibi numer.94. communem dicit.

15 ¶ Impuberi, licet ſit ſublata poteſtas teſtandi: poteſt tamen cum iuramento, & clauſula ſi in pupillari ætate deceſſerint teſtari, Dec.in l. pupillus ff.de reg.iur.Dura.in arte teſtan.tit.& cau.5.communem dicit.

16 ¶ Impubes, ſi nixus eſt ad copulam:ſi propè perfectam ætatem conſentit in matrimonium: contrahit illiud, Coua in epi.4.c.4.§.primo nu.20. communem dicit.

17 ¶ Iuditium remotum a maleſitio, non eſt ſufficiens ad torturam. Mar.Anto.de indi. num.150. communem dicit. in repe.l.ſi.ff.de quæſtio.

18 ¶ Fallit in inditio quod ſit ſolitus delinquere. Idem ibi num.148.communem dicit.

19 ¶ Fallit ſecundo, in graui inimicitia licet non in leui: idem ibi num.175.communem dicit.

20 ¶ Incendium prēſumitur ex culpa leuiſsima.Iaſon in l.hæreditarias domos.ff.de lega.1. communem dicit.

21 ¶ Intellige iſtam communem in culpa leuiſsima in ommittendo, ſecus tamen in committendo Coua. in epi.4.cap.6.§.8. numer.13.communem dicit.

*§ Nota istas communes,quæ faciunt ad in intel. l. 10.tit.5.par.7.& l.11.ti.5.li.4.fo.ll.ubi imponitur pæna incenduarijs: Et nota quod crimen incendiarij est crimen publicum: & potest a quocumque capi l.2.ti.29.par.7.ubi ponit casus in quibus quilibet de populo potest apprehēdere malefacto rem. & uid.l.7.ti.14.li.2.ordi.quæ ampliat dictā l.2. Ad omnia delicta in quibus quis inuentus fuerit in fraganti delicto in algazelo tamen.

22 ¶ Inditiorum copia danda est reis. Io.de Ripa. de æde.C.l.2.nu.8.communem dicit.

23 ¶ Indefinita in materia probationis, non æquipollet uniuersali. Curt.iuni.consi. 17.numer.13. communem dicit.

24 ¶ Indignitas hęredis si prouenit ex sua culpa succedit fiscus: si tamen uenit errore testatoris. succedunt uenientes ab intestato. Iason in l. si pater tuus.C. de hæredibus instituendis. numer. 10. communem dicit.

25 ¶ Fallit, si illa culpa respicit offensam: certæ personæ: quia illa succedit, si tamen hæres est omnino indignus: succedunt uenientes ab intestato. Ias.in l. hæreditas. num.10.C.de his quibus ut indign. communem dicit.

26 ¶ Nota, quod sicut succedens tenetur ad legata ad quæ ipse indignus tenebatur. si tamen, succedit fiscus quia non inuenit qui uelit acceptare hæreditatem: non teneatur fiscus ad ea. Ias.in l.eam quam.C. de fideicomis. numer. 13. communem dicit.

27 ¶ Inhabilis ad testandum, non habilitatur per l.1.C.de sacro.san.eccle.nu.10.Iaso. communem dicit vide.in uerbolex.

Amplia

28 ¶ Amplia, etsi uelit testari ad pias causas. Idem in d.l.in 2.lectu.num.15.communem dicit.

29 ¶ Infamis infamia iuris nō potest esse testis.Ias. in l.1.num.43.C.de summa tri.communem dicit.

30 ¶ Amplia istam communem ad executionem ordinis. Fran.Aret.in cap.cum ab homine num. 92.de iudic.communem dicit.

31 ¶ Limita modo in infamia occulta, quia non repellitur a testimonio, nec ad alios actus extraiudiciales Aret.ibidem communem asserit ex glos. in l.contra.ff.de testam. & intelligit ampliationē etiam in delictis occultis irrogantibus infamiam, in quibus de iure inducta est suspensio,quod nota.

32 ¶ Infirmus morbo caduco, præsumitur durare in infirmitate: secus tamen in alia infirmitate. Alci.in trac.de presum.re.2.presum.19. in fin. communem dicit.

33 ¶ Ingrossatio instrumenti non ualet sine authoritate iudicis etiam per hæredem notarii qui conficit. Boe.dec.45.nu.9.communem dicit.& in deci.36.num.9.& uide alia octo requisita ad hoc ꝙ ingrossatio per alium facta ualeat ut adhibeatur fides ingrossationi per Mathe. de afflic. in deci. Neap.6.& in hac materia uide dictum singu. Pau. de castro consi. 195. uol. 2. dicentis citationem partis ex toto non esse necessariam ad ingrossationem instrumenti. licet cum primum producitur in iudicio: posit pars opponere suas exceptiones contra instrumentum.

*§ De iure regio adest l. 55.ti.18.par.3.de qua meminit prag.37.disponens quod mortuo notario iudex debet sequestare omnia instrumenta quæ reperiuntur inrer notas notarij mortui: & illa po-

ſtea ſunt traddenda ſucceſſori qui preſtito iuramē to, poteſt redigere in publica forma & dare partibus quibus competunt ſub diſtinctione, tamen l.11.& 12.ti.19.per ea quæ reaſumpta ſunt per l. 5.& 8.& 9.in prag. 204. & ex iſtis legibus patet manifeſtè non eſſe neceſſariam citationem partis ad inſtrumentum publicandum. niſi in caſibus in quibus preiuditium poſsit generari parti ſi inſtru mentum dupplicetur. quos enumerat l.10.ti.19. par. ea. & reaſſumit d. prag. 204. li. 8. & in iſtis non procedit d.Pau.in d. conſi. 197. Sed in aliis contractibus non inferentibus præiuditium parti bus, niſi ſemel, citatio non eſt neceſſaria: tam ingroſſatione inſtrumenti notarij premortui,quā notarij recipientis per d.ll.& in his eſt ſingulare. d.Pau.in d.con. Quod ſane eſt intelligendum cū ingroſſatur inſtrumentum per ſucceſſorem notarij in officio cui traddita fuerunt inſtrumēta cum ſolemnitatibus: de quibus in d.l.55.& pra. 37.ſecus tamen in alijs notarijs. Quia tunc requiritur citatio,& quod præcedant illa octo de quibus per d.Mathe.quod nota.

34.¶ Ingratitudo preterita poteſt remitti: futura autem non, Hyero.cagno.in l. contractus.ff. de re.iu.nn.104.communem dicit.

35.¶ Inhibitio iudicis eccleſiaſtici non ualet niſi ci tata parte. Iaſ.in l.ſi opus num.6.ff. de noui. ope. nunt.communem dicit.

36 ¶ Amplia, etiam quando inhibitio eſt facienda per iudicem eccleſiaſticum iudici ſeculari ut ſuperſedeat in negotio quando coram eo dictum ut eſt contractus uſurarius. Iaſo.in l.nequicquam nu.30.ff.de offi.prepo.communem dicit.

Inqui-

37 ¶ Inquilino, & colono impedito uti frui propter pestem, remittitur pensio pro rata. Io.Fran. in trac. de peste. par. 1. numer. 15. communem dicit.

38 ¶ Inquilino propter sterilitatem, est facienda remissio: quando si pensionem soluerit, deciperet ultra dimidium iusti prætij. Ludo. de gozzad.in consi. 74.nu.2.communem dicit, & concor.cum l.20.ti.8.par.5.

39 ¶ Nota quod standum est vulgi opinioni quando quæritur an cresci, uel minui debeat pensio propter sterilitatem, aut augmentum in re locata. Brunus de augmento. 14.conclu.principa. communem dicit.

40 ¶ Nota quod si fructus rei locatæ ex ui militum perdantur: si fructus sunt sublati a solo: perduntur periculo conductoris, & inquilini & non locatoris. Curt.iuni.consi. 85. num.1. communem dicit. Et ui.in uerbo debitor nu.7.ex quo potest dicere limitationem ad istam communem. Limita istud notabile quando ex inimicitia domini fructus sunt destructi: quia siue ante, siue post collectionem perdantur sunt periculo domini rei & non conductoris Ludo.gozza.consi.27.nu. 28. in respon. add. 5.communem dicit.

41 ¶ Nota quod emphiteotæ non fit remissio pro sterilitate si aliquid percepit etiam minimum. Bello.consi.21.num.3.communem dicit ex Bart. in l.1.C.de iur.emphi.quia id quod dat emphiteota domino: non dat respectu rei, sed in recognitionem dominij.Bar.ibi & Panor. in ca. propter sterilitatem. de iu.emphi.sed intellige istam communem, qnando emphiteota non soluit nisi quid

minimum in recognitionem : ſecus tamen, ſi ſoluit magnum canonem : quia tunc parificatur locationi in omnibus : & ſic melioramenta, etſi ceſſet ſoluere, non perdit. Anto.ru.in re.§.quidam recte.ff.de liber.& poſthum.col. penul. uerſi.infert.

42 ¶ Amplia etiam, ſi locatio eſſet per multum tēpus. Bello.conſi.21.num.9. communem dicit. ex Panor.in cap.potuit de loca.

43 ¶ Inquilinus, uel locator poteſt expelli propter penſionem non ſolutam. Dec.in.l.qui rem nu.17. communem dicit de ſacro.ſan.æccle.C.

44 ¶ Nota quod inquilinus eſt obligatus ad ſoluendam penſionem cum inſtrumento guarentigio, per tacitam rei conductionem non mandabitur executio uigore dicti inſtrumenti. Iaſo.in l.certi conditio .ff.ſi certum peta.numer.21.communem dicit.

45 ¶ Inquilinus, uel conductor rei urbanæ, ſi finita locatione, ſtetit in re locata per aliquod tempus : pro illo tempore uidetur reconduxiſſe, & tenetur actione ex locato pro illo tempore. Et iſte eſt communis intellectus. Paul.in l.item quæritur.§. qui impleto.ff.locati.nu.7.

46 ¶ Inquilinus aut colonus non poteſt denuntiare nouum opus, etiam procuratorio nomine Iaſ. in l.hoc ædicto.§.ſi ego .ff.de no.ope. nunt. nu. 5. communem dicit. quam intellige, quando dominus eſt præſens : ſecus ſi ſit abſens.

47 ¶ Inimicitia eſt iuſta cauſa recuſandi iudices, & teſtes, ſi recuſans expreſſerit cauſas inimicitiæ: niſi hoc fecerit data opera : ut recuſet : Ripa.in ca. 1.de iudi.nu.14.communem dicit.

48 ¶ Inimicitiæ capitales dicuntur cum contenditur

tur de statu, uel de omnibus bonis, uel maiori parte eorum.vt per. Bal.in l.athletæ.§.dat remissionem.ff.de excusa.tuto.pro quo est l.7.in fi. par. 7.tit.fi.de qua meminit. Io lupus in repet.ca. per uestras nu.455.

49 ¶ Inquisitio est iuditium extraordinarium. Panor.& Deci.in ru.de iudi.num.7.Alci.in c.perniciosam nu.14.de offi.ordi.communem dicit.

50 ¶ Inquisitio non potest formari per iudicem ordinarium: nisi fama precedente. Alci. ibi nu. 34. communem dicit.

51 ¶ Fallit, nisi aliàs iuxta statutum posit procedere, non seruato ordine: quia tunc non requiritur fama. Alci.ibi nu.47.communem dicit.

*§ Hanc communem, cum precedenti, nota ad intel.l.1.ti.1.li.8.ordi.& l.11.ti.2.li.4.fo.ll.

52 ¶ Nota, quod inquisitio potest formari contra delinquentem per iudicem territorij, uel domicilij. Sed tamen debet condemnari secundum statutum loci: ubi delictum est commissum. Augu. in addi.ad Ange.de malef.in uer.hæc est quædam inquisitio. communem dicit.

53 ¶ Insinuatio requiritur in donatione tacita, uel expressa. Curt.iuni. consi. 126. numer. 14. communem dicit.

54 ¶ Amplia, in remissione debiti: quia licet uera donatio non sit tamen requiritur insinuatio. Deci.in l.si creditori.C.de pactis & Coua.in suis resolu.li.2.c.4.communem dicit.

55 ¶ Fallit primo, si sit iurata quia iuramentum tollit solemnitatem insinuationis. Deci. consi. 229. & Io.duran.in arte testan.ti.1.cau.10.nu.3.Curt. sen.cõs.59.nu.2.Corne.con.166.uol.2.Cur.iuni. consi.

consi.81.nu.6.Alci.in.c.cum.contingat de iur.iuran.nu.170.communem dicunt.

56 ¶ Fallit secundo, in donatione reciproca. Curt. iuni.con.81.nu.5.communem dicit.

57 ¶ Fallit tertio,in donatione remuneratoria:quę non requirit insinuationem, Bar.in l.si pater.§.1. ff.de dona.quia potius dicitur debitum quam donatio l.aquilius regulus.ff.de dona.& Tiraque.de utroque retrac.fo.241.num.3.ubi dicit quod etiã in donatione remuneratoria non habet locum re tractus: quod est multum notandum, pro intel.l. 6.ti.7.li.5.ordi.& tau.nu.70.& vid. Segu. in l. ab hærede nu.90.ff.de le.1

★§ Fallit quarto,si donatio fiat coram notario ac tabellione publico l.9.ti.14.par.5.quia tabellio est: iudex chartularius: ut dicit glos.in l.1.ff. de iudi. & ex hac causa in instrumento guarentigio non requiritur causa: quia adest mãdatũ notarij: ut notat Segu.in l.filius dum in ciuitate est.ff.de uerb. obli.nu.3.quæ doctri.multum ampliat l.4.& 5. ti. 8.lib.3.ordi.quo ad obligationem guarentigiam sine causa.

58 ¶ Fallit quinto, in donatione ad pias causas.Ripa in l.3. de legi.cap. 11. numer. 5.communem dicit.

59 ¶ Fallit sexto,in donatione facta filio: ut renuntiet legitimè cum sit ob causam, requiritur insinuatio. Ripa in d.l.3.c.5.num.3.de dona.communem dicit.

60 ¶ Instantia de iure canonico durat in perpetuũ glo.in c.uenerabilis. de dolo & contumacia. quã communem dicit Panor.in c.uenerabilis de iudi. Barba. in.c. de causis de offic,dele. rationem assignat

gnat Philip.Fran.in c.super eo de appella.

*§ De iure regio, causa super confectione inuentarij durat per annum: & in causa ciuili durat per tres annos instantia l.9.ti.6. par. 6. in criminali per biennium. l.7.ti.29.par.7.causa appellationis durat per annum a die appellationis l.3.ti.16.li.3.ordi.etiam si ex causa iudicis dilatetur.ut in nu.7.Et iudex condemnatus in damnum,& expēsis per d.l.3.& si causa non excedit sex millia marauetinorum: cum appellatio debeat uentilari coram decurionibus ciuitatis: & debet terminari infra quadraginta dies. ut in l.6.ti.16.li.3.ordi. Et in curijs uallisoleti.anno 1523.pe.95.& nota quod in d.l.6.dicitur quod decuriones habēt eligere duos ut de causa,unà cum iudice qui protulit sententiā cognoscant· coram quibus infra 15. dies per d.l.6.& infra 30.per d.ordina.95.debet pars appellās concludere: quod intellige, si ipsi decuriones eligerunt: aliàs tamen parte ipse instante,ut eligāt: non currit dictum tempus etiam per triginta annos. ut per Hyp.sing.51.si pars non insistit,ut eligant,sibi preiudicat: & currit tempus instantiæ: ut per Hypo.in rub.de fide instru.num.147. & de cursu instantiæ uid.Thomam.Grama.in uoto. 31. per totum.

61 ¶ Instantia perimitur etiam ex negligentia iudicis. Thoma Grama.uo.31. communem dicit. sed pars restituitur. Idem ibi nume.12. communem dicit.

62 ¶ Institutio benefitij de iure patronatus laicorū spretis patronis est ipso iure nulla. Bertran.cons. 24.uol.2.communem dicit.

63 ¶ Institutio in re certa, licet quo ad quædam, habet

habet uim legati: non poteſt dici legatum: nec in ſtitutio abſoluta. ſed quædam tertia ſpecies. ut participium. Curt. iuni. conſi.190.num. 3. communem dicit.

64 ¶ Inſtitutio clerici de benefitio, confert ius ple num inſtituo ſine appræhenſione poſſeſsionis: quando nullus eſt in poſſeſsione benefitij. Roccus. in uerſi.ius.q.5. nu.9. communem dicit.

65 ¶ Nota quod inſtitutus in re certa, quo ad adipi ſcendam ipſam rē, habetur loco legatarij: ſed quo ad alia, eſt in loco hæredis. Iaſ.in l.quoties nu.3 C.de hære.inſti.communem dicit.

66 ¶ Fallit, uniuerſali hærede repudiante: tamen quamdiu vniuerſalis hæres non adit hęreditatem: non habet executionem paratam ex vi.l.legis ædi cto.C.de ædi.diui. Adria.tolle. quam haberet ipſo hęrede repudiante.Iaſ.in d.l. ædicto.numer. 6. communem dicit.

67 ¶ Nota quod inſtitutus in re certa, hærede uni uerſali repudiante habetur loco hæredis: & ſibi accreſcit totum: at ſi a principio nullus ſit datus cohæres. Petr.Raue.in alpha.aure.in uerbo hæres communem dicit.

68 ¶ Inſtitutio facta de filio ſub poteſtate, ſub conconditione mixta non ualet: etſi ſtetit per eum quo minus conditio non adimpleatur. Iaſ.in l.ſi patet.C.de inſti.& ſubſti.numer. 77. communem dicit.

Reſtringe quo ad legitimā: etiam in inſtitutio ne: ſub conditione caſuali. Iaſo. ibi. numer. 20. communem dicit.

69 ¶ Inſtitutio deſcendentis ſub conditione ſi ſuus naſcatur ſicut ualet ita ualet de ſpurio ſi legitime-

tur.

tur. Cur.iuni.consi.84. nu. 3. communem dicit.

70 ¶ Nota quod si uerbum, relinquo adijciatur uniuersitati bonorum: importat institutionem. Iaso. in authen.nouissima de inoffic.testa.C.nume. 33. communem dicit ex glos.in l.his uerbis in princ. ff.de hære.insti.

71 ¶ Institutis fatre, & filiis eiusdem fratris, pater & filij ad successionem hæreditariam censentur instituti simul, & non successiuè. Io.duran. in arte testan.tit.4.cau.6. nu.1. communem dicit, & in hac communi fac has conclusiones ut omnis exhitatio tollatur. ¶ Filius & nepos censetur uocatus, & institutus oidine successiuo propter ordinis necessitatem. Socc. in l. gallus. §.quidam rectè de libe. & posthum. communem dicit ex glos.ibi & secundum eum tunc dicitur ordo necessarius qñ aliàs rumperetur testamentum, & dispositio irritaretur cum uiuente filio, nepos non potest institui.

¶ Instituto patre, & filio ab eo interquos non cadit affectio charitatis, ratione sanguinis, uel successionis ab intestato censentur insimul uocati nõ tamen successiuè Socc.ibi num.5. communem dicit. ut cum pater, & filius ab extraneo copulatiuè essent instituti.

¶ Institutis pluribus sub nomine collectiuo inter quos cadit affectio sanguinis: censentur uocati nomine successiuo, non tamen insimul. Socc. ibi communem dicit num.6. Et nota quod ordo successiuus in hoc casu dicit quod excluso primo, sequens admittitur: & admisso primo, alij excluduntur. secundum Paul.quem Socc.sic intelligit & approbat.ibi nu.8.

Instituto

72 ¶ Instituto monasterio, si filiam receperint in monialem reicitur conditio, tanquam turps: & remanent institutio uera. Ias. in l. conditioni nu. 3. de insti. & substi. dicit magis communem: licet Alexan. dicat communem contrariam in l. conditioni.

73 ¶ Instrumentum uaccilat per unum ex tribus testibus instrumentarijs. Fran. Cur. iuni. consi. 55. nu. 1. communem dicit. tamen fidem facit. Boe. dec. 12. communem dicit.

*§ Nota istam communem cum sequenti: de iure regio est l. 115. & 116. & 117. ti. 8. par. 3. ubi cauetur quod quando testes dicunt non recordari de confectis in instrumento: cum essent præsentes: quod si notarius est bonæ famæ: ei est standum. aliàs si non sit bonæ. famæ: ut res non sit de longinquo: omnibus testibus contradicentibus, creditur testibus, & non notario: uel si aliàs probaret negatiuam cohortatam loco, uel per instrumẽtum, uel per quatuor testes: non creditur instrumento per d. l. 117.

74 ¶ Instrumentum redditur falsum per duos testes instrumentarios. Curt. iuni. in d. consi. 55. communem dicit.

75 ¶ Amplia, & per alios duos testes non instrumẽtarios. Deci. in cap. tertio loco de proba. communem dicit.

76 ¶ Fallit, nisi sint alij duo testes coadiuuantes instrumentum. Boe. dec. 118. nu. 26. & Ias. con. 124 communem dicit.

77 ¶ Instrumentum dotis probat quando maritus prestitit alimenta uxori: etsi sit confessionatum. Gozza. consi. 42. nu. 13. communem dicit.

Instru-

78 ¶ Instrumentum habens plures articulos, uno approbato, non confertur in omnibus approbatū. Cur.iuni.consi. 166. num. 11. communem dicit. & Bello.consi.56.nu.12.

79 ¶ Amplia, quod si producatur instrumentum, uel scriptura: potest acceptari pro parte, & pro parte non. Aymon.grauetta de antiq.tempo.par. 1. in argu.de scriptura priuata: nu. 68. communē dicit. quam limita tripliciter.

80 ¶ Instrumentum factum secundum solemnitates unius loci, ubique probat in trac.de antiq. temp. par.1.in uerbo quarto limitatur num. 9. communem dicit. ex Bar. in l.1.C.de summa trin.

* § Nota istam communem, iuncta decisione docto. de pala.Rube.in repet.rub.de donati.inter uirum & uxorem col.9.ad ampliationem l.5.ti.8.li.3. ordi.ubi dicit quod instrumentum alibi confectum extra regnum, habebit executionem paratam in hoc regno. quem uide.

81 ¶ Instrumentum, si inueniatur penes aliquem: cum cautione admittitur: sine mandato. Feli.in c. coram de offi.deleg.quem refert Alci.in trac. presumpti.re.1.presum.33.communem dicit. & Ias. in l.cautio.de procura.C.nu.12.

* § Nota istam communem ad ampli.l.10.ti.5.par. 3.& l.2.ti.10.li.3.fo.ll.

82 ¶ Instrumentum inuestiturarum feudalium non probat dominium contra tertium possessorem. Cur.iuni.consi.18.nu.5. communem dicit.

83 ¶ Instrumentum locationis non probat dominiū si conueniatur possessor actione reali ex dominio agentis: secus tamen, si conueniatur ex personali actione, ex contractu locationis intentato contra

tra inquilinum. Cur.iuni.consi.158.nume.6.com munem dicit.

84 ¶ Interdictum unde ui, uel conditio .c. reintegrandæ competit & contra titulo possidentem. Io.a Ripa de legi.c.1.li.1. numer.83.communem dicit.

85 ¶ Intellige quandò principalis non est soluẽdo, quia tunc singularis possessor conuenitur. Io. Cora.in .§.nihil commune nu.45.ff. de acquir. posse. communem dicit.

86 ¶ Fallit, quando singularis possedit cum titulo, & bona fide. Io.de Ripa in cap.8.de dona.in fin. communem dicit: quam intellige quando possessor bonæ fidei successit bonæ fidei possessori: alias non ita Ripa ibi.

87 ¶ Interdicto adipiscendæ quorum bonorum, agitur ad consequendam possessionem: cum per consuetudinem, aut per statutum est acquisita possessio iuris. Io.a Ripa in l.1.de legi.c.1. nu.80. communem dicit.

88 ¶ Interesse non debetur quando res non est in comertio acquirentis. Io.a Ripa de legi. li.1. ca. 2.nu.26.communem dicit.

89 ¶ Interesse potest committi arbitrio creditoris Ias.in l.ius iurandum.ff.de iu.iuran. Io. duran. in arte testan.ti.6.nu.48.communem dicit.

90 ¶ Interpellatio non requiritur, quando obligatio est facta cum iuramento. Dec.in l.quod te.ff.si cer.pet a.communem dicit. alias semper requiritur interpellatio ad inducendam moram. ut per Hypo.singu.147.& 341 quod clarè insinuatur in l.6.ti.16.li.3.fo.ll.ibi y.luego quæ poreas delante fuere requerido. Vnum tamen nota: quod si

promissio

promiſsio eſt facta ad diem certum : dies interpel lat l.15.ti.11.par.5.tamē ſi dies non eſt appoſitus: requiritur interpellatio iuditialis.li.9.ti.14.par. 5.ibi lo ſi elplazo no fuere pueſto ante que ſe lo demandare por ſuizio. Quod eſt contra communem ſequentem comprobatam per Segu.in l.ſi ex legati cauſa nu.164.ff.de uerb.oblig.& Ioan. lup. Epiſcopum calaguritanum in ſuis fallen. re. 226. uerſi.amplia etiam.

91 ¶ Interpellatio extraiuditialis ſufficit,ſi fiat per uerba enunciatiua ad inducendam moram. Iaſo. in l.ſi ex legato.ff.de uerb.obli. communem dicit.

92 ¶ Interrogare poteſt iudex poſt concluſum in cauſa ad fundandum ius partis de nouo.Alexand. in l.4.§.hoc iuditium .ff.de damn.infe.& Decium in c.1.de iudi. communem dicunt. Sed Decium reprehendit Bello.conſi.5o.ubi plura uide.

*§ Nota iſtam communem ad ampliationem l.34 ti.16.par.3.in fi.& nota quod licet poſt duos annos non admittitur: exceptio non numeratæ dotis l.in contractibus.C.de non nume.pecu.ſed tamen iudex ex ſuo offitio poteſt petere iuramentū parti ſuper hac exceptione.l.184.ſtili.

93 ¶ Inuentarium tenetur facere. hæres rogatus de reſtituendo, aliàs perdit trebellianicam. Corne.conſi.168.uol.3. Io.duran.in arte teſtan. tit.5. cau.37.communem dicunt. ſed Alexan. conſ.67. uol.4.dicit communem contrariam. Sed Decius conſi.480,dicit magis communem primam:etiam in filijs hæredibus num. 16.

*§ Concor.cum prima l.10.ti.6.par. 6.

94 ¶ Fallit in legitima,quia etſi non conficiat inuētarium: nihilominus poteſt detrahere legitimā.

O Calca.

Calca.consi.36.Io.duran.in arte restan.ti.11.cau. 8.& Guido.deci.53.communem dicunt.

95 ¶ Nota quod tempus conficiendi inuentarium currit a tempore aditæ hęreditatis. Deci. consi. 633.Roma.con.84.Io.duran.in arte testan.ti. 11. cau.8.& Bello.consi.68. communem dicunt. Et post aditam hæreditatem debet incipere,& finire intra sexaginta dies.

96 ¶ Nota secundo, quod testator non potest remittere usufructuario inuentarium: nec cautiones prestandas in usufru. Bello. consi.54. num. 2. communem dicit. ex Socc.consi.131. & Bart. in l.nemo potest de lega.1.

97 ¶ Iudex tenetur, secundum ea quæ ex actis percipit: sententiam proferre: non tamen ex eis quæ particulari scientia percepit. Coua.in suis resolu. cap.1.li.1.nu.6.magis communem dicit. ex glos. in l.1.de offi.ordina.

98 ¶ Iudex, si incipit a præcepto executio: nisi sit clausula iustificatoria: actus est ipso iure nullus, Ias.in l.nequiquam.ff.de offi.preto.num.6.magis communem dicit.

99 ¶ Iudex ponens aliquem ad torturam iniustè: punitur pęna capitis. Hypo.in prac.§. ęxpedita nu. 87.magis communem dicit.

100 ¶ Iudex si dedit licentiam intrandi in possessionem propria authoritate, intelligitur, nisi habeat resistentiam. Ias.in l.iustè possidet num. 13.ff.de acquir.posse.communem dicit

101 ¶ Iudicis licentia inualida non excusat a pæna statuti simpliciter loquentis de intranti in rē alienam. Ias.ibi num.24.communem dicit.

102 ¶ Nota ꝙ iudicis decretum interpositum ex falsa

falsa causa, est nullum, Cur.iuni.consi.170.nu.2. communem dicit.

103 ¶ Iudex ex mæro officio excludet actorē actione cauentem, & non impeditum:secus tamen, si habeat actionem elidibilem,aut ope exceptionis. Balbus dę pres. par. 1. q. 8. numer. 2. communem dicit.

104 ¶ Iudex præparantis,est iudex inditij preparati. Cur. iuni. consi.152. numer. 9. communem dicit.

105 ¶ Iudex prorogatus ex promissione partium de conueniendo coram eo, cum possit pars pænitere: remanet tamen obligatus ad interesse: & ipse iudex poterit de illo cognoscere. Panor.in c.1.de iudi.nu.2.communem dicit.

106 ¶ Iudex,si non vult: non tenetur condemnare reum in expensis factis ante litem contestatam,nisi petantur in factis tamen post litem contestatam etsi non petantur tenetur condemnare. Anto. de tremo.in add.ad bona c.in practi.excępti.de recusa.num.4.in uerbo ratificare communem dicit.

* § Nota istam communem ad intel.l.6.ti.13.li. 3. fo.ll.& l.251. stili. & uide quę habes infra in uerbo reus.

107 ¶ Iudex secularis,si in causa incidat causa matrimonij: in materia facti, potest cognoscere dę illa. Coua.in epi.4 ca.8.§.12.nu.3.ex Ias.in l.quotiens de iudi.C.communem dicit quam intellige nisi fuerit facta inhibitio per iudicem ecclesiasticum. Ambro.de vigna.in ca.salubriter de usufru. numer. 125.

108 ¶ Amplia istam communem ad quamcumque causam spiritualem:dummodo liquere possit sum

mariè, & de plano, sine discussione. Naua. in ca. cum contingat de ref. in primo remedio litteraliter communem dicit ex Decio in cap. 1. de iudic.

109 ¶ Nota quod iudex saecularis non potest assignare tempus ad prosequendum causam exceptionis propositae coram eo, de qua per iudicem ecclesiasticum debet cognoscere. Nec ualet statutum super hoc. Ias. in l. pro tribunali num. 17. ff. de re. iudi. communem dicit.

110 ¶ Iudex secularis in crimine maerè ecclesiastico, dum iudex ecclesiasticus petit impartiri suum auxilium: non potest se intromittere in processu, sed solum exequi mandatum: secundum canonistas. secus tamen, secundum legistas. Alci. in c. perniciosam de offi. ordi. num. 100. Ias. in l. magistratibus num. 10. ff. de iurisd. omni. iudi. communem dicit.

* § Nota quod l. 2. ti. 16. par. 7. & pragma. 7. uidetur approbare opinionem canonistarum absque limitatione: dum precipit quod condemnati per inquisitores hereticae prauitatis, uel per Episcopũ de heresi puniantur pęnis in d. l. contentis. Et nota istam communem ad intel. l. 7. ti. 3. lib. 1. ordi. & l. 26. ti. 2. li. 3. ubi disponitur quod iudex ecclesiasticus pro captura laici, uel bonorum secularium inuocet auxilium iudicis secularis: de quo auxilio prestando circa istam l. uide Io. lupum in re. C de dona. col. 191. §. 48. num. 17. & Petrum bellugam in speculo principum rub. 11. §. tractandum. & Petr. de Anca. in re. c. eaque de re. iu. lib. 6. in 11. q. princi. Etsi laicus in prestando auxilium excedit: appellabitur ad iudicem superiorem laici: si prestat auxilium iuris, si uero solum prestat auxilium

lium facti: appellabitur ad superiorem iudicis inuocantis auxilium. ut per Bar. in l. a diuo pio. §. sententiam. ff. de re. iudi. de quo mæminit, Auferius in Deci. tholosa. q. 411. quem uide.

111 ¶ Fallit, nisi pro condemnato esset aliqua presumptio: ut appellatio, uel similia: quia tunc nō debet exequi mandatum æcclesiasticum. Alci. ibi num. 112. communem dicit.

112 ¶ Iudex secularis non pretendit aliquam iurisditionem ob id quod iudex ecclesiasticus petit sibi impartiri auxilium brachij sæcularis, Alci. in c. perniciosam de offi. ordi. numer. 17. communem dicit:

* § Nota istam communem ad intel. l. ulti. in curijs toletanis de anno 1525. & l. 7. ti. 13. li. 1. ordi. & l. 4. ti. 1. li. 3. ordi. in quibus disponitur quod iudex ecclesiasticus licet cognoscat de aliquibus casibus inter laicos: tamen facit executionem tam in bonis, quam in personis laicorum: sed per inuocationem auxilij iudex secularis mandabit executioni de qua l. vide. Docto. de pala. rube. in rep. c. per uestras de dona. inter. ui. & uxo. a co. 192. usq; ad 214. Vnum tamen nota, iuxta illam l. quod si iudex laicus in istis casibus excedit in executione: appellabitur ad iudicem superiorem ipsius iudicis laici, non ad æcclesiasticum. ut eleganter dicit Auferri. in addi. ad deci. tholo. q. 411.

113 ¶ Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per iudicem secularem. Feli. in c. at si. clerici. de iudi. communem dicit.

114 ¶ Iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem secularem ut prestet sibi auxilium per excommunicationem: laicus tamen clericum non com-

pellit ad prestandum. Alcia.in c. perniciosam.de offi.ordi.num.7.& 8.communem. dicit. Et de inuocatione istius brachij.in hoc regno uide Io.lupum col.192.in repe.C.de dona.inter uir.& uxo.

115 ¶ Iudici, uel testi dicenti in articulo mortis protulisse iniquam sententiam, uel falsum testimonium: non creditur. Alci.de presum.re.3.pre.4. num.7.communem dicit.

116 ¶ Fallit primo, in suum præiuditium & Marcus Anto. in tract. de indi. numer. 393. communem dicit.

*§ Fallit secundo, nisi aliàs per idoneos testes, uel instrumentum probaretur ex falsis testibus sententiam prolatam: per l.13.ti.8.l.2.fo.ll.& usque ad quod tempus potest peti: ut sententia reformetur pretextu falsorum testium: uide Henric.in c. licet distin.2. num.3. de proba. ubi distinguit, & facit plura membra.

117 ¶ Iudex æcclesiasticus non potest exequi in bonis laicorum sententiam suam. sed debet inuocare brachium iudicis sæcularis. Fel.in c. significasti de offi.dele.nu.4.communem dicit.

*§ Nota istam communem ad corroborationem l.7.ti.3.ll.1.ordi.& ratio uera istius communis, & legis, est quia Episcopus non habet territorium. ut tenet Oldra.consi.17.& ui. quæ habes infra in uersi.prescriptio num.244.& per hanc rationem iustificatur opinio. Panor.in d.c.significasti: ubi concludit quod Episcopus non habens iurisditionem temporalem, non potest habere officiales armatos: licet Deci.ibi teneat contrarium: & Barba.de prestan.cardi.in 5.par.2.par.nu.18.ubi uide quibus licitus est usus armorum.

Iudeus

118 ¶ Iudeus cognoſcens chriſtianam abſque matrimonio, non ui, nec ſtupro, nec adulterio, non punitur pœna mortis. Boe. deci. 316. num. 5. communem dicit.

119 ¶ Iuramentum debet habere tres comites ueritatem, iuſtitiam, & iuditium. Cur. iuni. conſi. 141. nu. 9. communem dicit.

120 ¶ Iuramentum inducit obligationem. Io. de ſelua. de iu. iuran. par. 3. conſi. 2. communem dicit.

121 ¶ Fallit, ſi ſit ſine cauſa addi. Feli. in cap. 1. de pactis communem dicit. ſed hanc intellige de iure ciuili: quia iuramentum non ueſtit pactum nullum. Iaſon. in l. ſiquis maior. C. de trasla. num. 23. communem dicit & uide quæ habes in uerb. actio numer. 13.

122 ¶ Iuramentum debet obſeruari in ſpecifica forma, & non ſufficit per æquipollen. Iaſo. conſi. 4. uol. 3. communem dicit.

123 ¶ Iuramentum firmat contractum: ſi per ſtatutum prohibeatur contrahere. Iaſo. in Authen. ſacramenta numer. 53. C. ſi aduer. uen. communem dicit.

* § Per iſtam communem uidetur euacuari l. 6. ti. 1. li. 3. ordi. de qua uide per Docto. de pala. rube. in rep. cap. per ueſtras de dona. inter uir. & uxo. col. 512. §. fina. nu. 30. prope finem repet. ſed dicta lex limitatur in contractu minoris. ut in l. 59. ti. 18. par. 3. & in omnibus contractibus in quibus requiritur iuramentum ad eius validationem. ut in pragma.

124 ¶ Amplia, etſi interuenerit iuramentum ante, uel poſt contractum. Alci. ibi numer. 133. communem dicit.

125 ¶ Amplia secundo, quod in tantum hæc communis,& precedens est uera: quod iuramentum tollit purgationem moræ. Anto.Rub.consi. 113. communem dicit. Et non requiritur aliqua interpellatio ad hoc quod incurrat in morã si cõtractus,uel promissio fiat cum iuramento. Gozza. consi.25.num.10.communem dicit. ubi tamen distinguit: aut quæritur ad hoc quod pœna contractus debeatur: requiritur interpellatio: secus tamen,adhoc quod promittens teneat ad interesse: & sic intelligitur dictum Bal.in ca.1.§. adhoc, in fin.& Alex.in l.quod te .ff. si cer.peta.quæ distinctio est ex mente Boeri. de mora.uersi. decimo principa.

126 ¶ Amplia tertio, quod iuramentum supplet omnes defectus, ac solemnitates quæ possunt opponi contra instrumentum in quo interuenit iuramentum:etsi aliunde perueniant quam ex defectu ætatis.Cur.iuni consi.47.nu.2.communem dicit. contrariam. Immo quod ommissio solemnitatis probatoriꝫ de iure ciuili, licet iuramẽto sit actus decoratus: uitiat actum. Alcia.in c. cum contingat. de iu.iuran.nu. 151. communem dicit. sed pro concordia, est presupponendum unum: per quod diluitur omnis hesitatio: quod iuramentum nusquam tendit ad supplendum probationis defectum: sed ad ipsius actus confirmationem. ut plenius asserit noster. Coua. in repet.c. quamuis de pactis par.2.§.6. Et ideo nimirũ si dicamus quod ommissio solemnitatis probatoriæ non ualidatur iuramento, in alijs autem solemnitatibus sic. ut prima communis tenet.

127 ¶ Amplia quarto,quod promittens soluere cũ iuramen

iuramento non recompenſat. Gozza. conſi. 32. nu.15.& 16.communem dicit reprobato Bart.in l.amplius non petetur.ff.rem rat.habe.

128 ¶ Fallit primo, quando prohibetur ex ratione, uel natura rei: ut quia ea non ſit in comertio. Alci.in cap.cum.contingat num. 179. de iur. iuran. communem dicit.

129 ¶ Amplia quinto,ad contractum uel alienationem rei dotalis mediante iuramento quia periuramentum firmatur.Io.igne.in l.1.§.ſi uir & uxo. num.145.ff.ad ſillan.cõmunem dicit: licet eam ꝑ plura reprobet,quem ſequit.Caro molin.in addi. ad Alex.conſi.27.uol. 1. in uerſi. ſalutis. tandem concludit quod licet ipſa mulier teneatur ſtare contractui iurato: ſi ex iuſta cauſa reſtitutionem non impetret, tamen eius hæredes non tenentur nec aſtringuntur iuramento.

130 ¶ Fallit ſecundo, ſi prohibeatur ex fauore publico Alci.ibi.nu.83.communem dicit.

131 ¶ Reſtringe iſtam fallentiam: quando ſit prohibitio ex fauore priuato:licet in cõſequentiam reſultet fauor publicus. Idem ibi num.92. communem dicit. Et ex hac communi diluitur exhitatio de qua quęritur iuxta legem 59.tau.reprobantem donationem omnium bonorum, etiam præſentium, quod illa lex non habet locum ſi fiat cũ iuramento:cum lex in fauorem ſubditorum ſit introducta. ut dicitur in ſimile de donatione excedens quingentos aureos non inſinuata:quod ſi inueniat iuramentum ualet.Anto.gomez.in d.l.69. cõem dicit. ex Panor.& Imol.in cp.cum contingat de iure iuran.

132 ¶ Fallit tertio, in contractu ſimulato: quia nõ firmatur

firmatur iuramento . Bello.consi.48.num.4.communem dicit. ut est confessio dotis in fraudem creditorum Rube.consi.120.communem dicit .

133 ¶ Restringe istam limitationem : si contrahens iurat omnia , & singula contractus esse uera:nam hæc uerba operantur ut nō possit dici contractus simulatus . Curt. iuni. consi.110.nume.5.communem dicit .

134 ¶ Fallit quarto , ex defectu consensus.Curt.iuni.consi.74.num.3.communem dicit.

*§ Iste consensus non caddit in minori quatuordecim annorum , & ideo ét cum iuramento , nihil ualet quod agit l.56.ti.5.par.5.licet Docto. uariè loquantur in authen.sacramenta puberum.C.si ad uersus uenditi.de quo per Iaso.num.7. & Panor. consi.108.uol.2.& glos.in c.ex his despons.& Mathe.de affli.in deci.Neapo. nu. 322. per totam & uide quæ habes nu.86.in uer.minor .

135 ¶ Fallit quinto,in alienatione facta per filium de bonis in quibus pater habet usufructum . Cur. iuni.consi.152.num.7.communem dicit .

*§ Nota istam communem ad intel.l.55.tau.ubi dicitur quod mulier non potest facere contractum , nec distractum sine consensu uiri : durante matrimonio .quod etiam mediante iuramento , non ualet talis contractus : quod etiam est ex mente , Coua in epi.4.ca.7.§.1.num.3.quod mihi placet . pro quo etiam est communis opinio , de qua in uerbo maritus ubi dicitur quod maritus habet usufructum bonorum uxoris durāte matrimonio.

136 ¶ Fallit sexto,si ex iuramento inducatur peccatum : non est contractus obseruandus,Alci. in ca. cum contingat de iur. iuran. nu.101. cōem dicit.

Per

§ Per hanc l.declaratur l.16.ti.11.par.3.

137 ¶ Fallit septimo, si iurans enormissimè lædatur: quia per iuramentum non tollitur enormissima læsio: Cur.iuni.consi.141.nu.6. communem dicit. & Ioan.a ripa in l.2.de donatio.C.numer. 10.refutans. Alexan.in con.42.& consi.125.uol. 1.dicentem communem contrariam.

138 ¶ Amplia istam septimam fallentiam etiam si mulier cum iuramento renuntiaret enormissimā læsionem: nisi appareat uelle donare. Deci.cons. 379.communem dicit. & idem Deci. consi. 180. nu.7.communem dicit contra Alexan. postremo pro resolutione istius dubij ubi doctores uariè loquuntur: uide nostrum. Coua.in repet.c.quamuis,pactum de pactis li.vj.in 3.par.§.4.a num.3. usque ad nu.9.ubi ponit duodecim conclus. & ex secunda, & tertia resultat solutio ad nostram communem. ubi concludit quod quando læsio fuit enormissima multo maior quam ultra dimidiam, quod procedat nostra communis de æquitate, si tamen non multum excessit ultra dimidiam procedat communis. Alexan.uide per eum.

139 ¶ Fallit octauo, in iuramento secundo præstito contra primum quia non est ob seruandum:Fran. de Are.in l.qui iurasse. num 28.ff.de iur.iurand. communem dicit.

140 Fallit nono, si per metum extorqueatur d.Io. de Imol.in c.uerum de iur.iuran.cōmunem dicit: licet requirat absolutionem, ut per eum ibi.

141 ¶ Nota in hac fallentia quod iuramentum præstitum in prima uenditione, non operatur quin secunda uenditio ualeat: licet ipse iurans teneatur ad factum præcisè: Iaso.in l.quoties num.36.C. de

de rei uendi.communem dicit.

*§ Nota istam communem ad ampliationem l. 50. tit.5.par.5.cum qua concordat l. quotiens .C. de rei uendic.

142 ¶ Fallit decimo, in casu fortuito: de quo non præsumitur contrahens cogitasse, Io.de Ripa in l.11. nu.10.q.3.C.de reuo.dona. cóem dicit.

143 ¶ Fallit undecimo in promissione de non reuocando testamentum quia tale iuramentum est contra bonos mores; & contraueniens:licet sit periurus: actus tamen tenet. Alci.in d.c. cum contingat num.77.& Anto.de trem.in addi.ad bona cursum in prac.exceptio.in rub.qui. mo. num. 22. & Coua.in rubri. de testa.par. 2. numer. 15.communem dicit.

*§ Nota istam communem ex qua confunditur opinio Dida.de Segu.in l. filius dum in ciuitate est ff.de uerb.obli.nu.23.dicentis quod iuramentum oppositum in primo testamento,operatur ut secũdum non ualeat: quia iuramentum habet uim clausulæ derogatoriæ. per uerbum. Bar.in l.siquis.in princ.de leg.3.& Iaso.in l.si mihi.§. in legatis .ff. de leg.1. Et clausula derogatoria habet uim, ut secundum testamentum non ualeat .l.22.ti.1.par.6. posit.n.dari certa cócordia, quæ est ex mente Alcia.in quantum reprobat opin.Bar. in d.l.siquis ꝙ opinio communis procedat quo ad effectum iuramenti: & sic quod non impediat secundum testamentum, Alia aũt opi .concernat uim iuramenti & ꝙ testãmẽtũ ualeat eo mo. quo de iure ualere potest:cũ secundum communem opinionem relatam num,158.infra eo . & uix iuramenti sit, quod importet idem quod clausula derogatoria: quod

secundum

ſecundum teſtamentum non ualeat: niſi de eo fiat mentio: & cum hoc recipit maximam extenſioné d.l.22.cogita. Et nota aliud ſatis notabile quod iuramentum operatur, & habet uim clauſulæ derogatorię circa primum teſtamẽtum habens clauſulam derogatoriam. quod ſecundum in quo eſt iuramentum: deroget primum, ac ſi de eo plena mentio facta eſſet. ut per Io. lupum in re. c. col. 509.§.ultimo num.23. quæ multum conducit ad ampliationem d.l.22.

144 ¶ Fallit duodecimo, in iuramento aſſertorio coniugum: quia inter eos nõ ualidat donationes, Cur.iuni.conſi.95.nu.5.communem dicit.

145 ¶ Fallit tertiodecimo.ĩ pacto de futura ſucceſſione: quia nõ firmatur iuramento. Cur.iuni.cõſ. 25.nu.7.communem dicit. Et uide in uerbo pactum nu.1.cum ſequenti.

146 ¶ Fallit quartodecimo, in ꝑbligatione ad carceres: & renuntiatione ceſsionis bonorum: quia non firmatur iuramento. Alc.in c.cum contingat de iur.iuran.num.6.communem dicit. Et uide in uerb.obligatio nu.7.

147 ¶ Fallit quintodecimo,in iuramẽto appoſito in donatione: quæ reuocatur pêr ſuperuenientiam. filiorum. per l.2.C.de reuo.dona.Io.Arri.de dona.li.3.C. nu.17. communem dicit.

148 ¶ Fallit ſextodecimo, in contractu facto per prodigum, quia non firmatur iuramento. Alci. in c.cum contingat de iu.iuran.nu.138.& Boe.in conſue.bitu.§.8.communem dicunt.

149 ¶ Amplia iſtam fallẽtiam ad alienationem prodigi. Alci.in d.cap. cum contingat numer. 146. communem dicit.

Fallit

150 ¶ Fallit decimoseptimo, in donatione omnium bonorum, tam presentium, quam futurorum: quæ non firmatur iuramento. Cur. iuni. consi. 25. nu. 6. communem dicit.

*§ Nota istam communem: & secundum eam, intellige l. 10. ti. 11. par. 3.

151 ¶ Fallit decimo octauo, in confessione mariti de dote recepta. uide supra confessio, contra. Deci. consi. 202. quam refert. Bello. consi. 4. nu. 2.

152 ¶ Iuramenti effectus licet non possit tolli per statutum: tamen potest statui quod in contractu minoris in quo interuenit iuramentum presumatur minor dolo īductus: & ualet tale statutū. Cur. iuni. consi. 118. num. 6. & Ias. in Authen. sacramenta puberum. C. si aduer. uen. numer. 85. communem dicit.

153 ¶ Iuramentum, si ex dispositione legis uel statuti defertur: potest tamen aduersarius probare contrarium: Tiraquel. de utroque retrac. §. 4. glo. 1. de retrac. lignagier nu. 2. communem dicit. hæc communis in iuramento statuti, uel legis, secus tamen, si diferatur a patre: quia postea non reuocatur per probatiōes de nouo repertas l. 25. ti. 11. par. 3. ꝙ generaliter dicit Bal. in l. in bonæ fidei C. de rebus creditis. partem non esse ad mittendam ad probandum contra iuramentum delatum sed Coua in suis reso. c. 13. li. 2. num. 1. dicit relinquendum arbitrio iudicis.

*§ Nota istam communem ad intel. l. 9. ti. 7. par. 3.

154 ¶ Iuramentum non defertur in causa famæ. Marc. Anto. in trac. de indi. numer. 175. commu nem dicit.

*§ Nota ad limit. l. 2. ti. 11. par. 3. ubi dicitur quod iura-

iuramentum defertur parti.

155 ¶ Iuramentum defertur in causa matrimonij habenti semiplenam probationem: quando aliqui bus coniecturis coadiuuatur. Cur.iuni.in l.admo nendi num.67.ff.de iur. iuran. communem dicit.

*§ Nota ad ampli.d.l.2.

156 ¶ Nota quod licet pars damna,& interesse di mittat declaranda per aliam partem: & quo in eis stetur suo iuramento nihilominus potest peti reductio ad arbitrium boni uiri, Coua.in suis re so.C.13.li.2.nu.1.communem dicit ex Panor. in c.quinta uallis de iur.iuran.

157 ¶ Iuramentum habet uim clausulæ,ut actus ua leat quemadmodum ualere potest. Alci.in c.cum contingat de iur.iuran.nu.184.& 170. communẽ dicit. & Coua in.§.relicti d.ca. quãuis par.2.§.6. conclu.16.

158 ¶ Iuramento denunciationis euangelicæ credi tur. Alci.de presum.re.3.pre.16. numer. 7. communem dicit.

159 ¶ Iuramento se astringens coram non suo iudi c e litigare,non potest pænitere.Feli.in c.1.de iu di.communem dicit teste Coua in ru. de testa.

160 ¶ Iurisditio iudicis delegati perpetuatur per unicam citationem etiam non peremptoriam. Prepo.in c.non ita 2.q.6.communem dicit.

63 ¶ Legitimus ille dicendus, qui ex matrimonio contracto in facie eccleſiæ naſcitur : opportet .n. dicenti contrarium, non ſolum inter parentes matrimonium non poſſe ſubſiſtere : ſed etiam malam fidem amborum probare . Coua in epi.4.cap.8.§. 3. nu. 2.cōmunem dicit ex Panor.& Prepo.in c. peruenit qui. fil.ſunt legi.

a§ Concor.cum l. 1.ti.13.par.4.

64 ¶ Nota quod ſi pater nominat filium ſuum legitimum in teſtamento : non ſtantibus filijs legitimis efficitur legitimus uiua matre habili ad contrahendum matrimonium Boe.dec.240.num. 16. uſque ad nu.19. communem dicit .

65 ¶ Legitimus non eſt temerè pronuntiandus niſi cum legitimo contradictore . idem ibi communem dicit ex Anca.& Abba.in cap.cauſamque el. 2.qui fil.ſunt legi. tamen ſententia lata pro uno fratre, omnes alios fratres comprehendit l.19.ti. 22.par.3.

66 ¶ Legitimus ex matrimonio prefertur legitimato per principem poſt natiuitatem legitimi. idem Coua.in d.cap.8.§.2.nu.28. communem dicit.

a§ Concor.cum l.12.tau.

Nota quod ius legitimatis non preſcribitur ꝑ quinquennium a morte patris . Idem ibi .§.3. nu 2.communem dicit. nec obſtat l.25 .ti.29. par. 3. quæ loquitur in libertate.

Legitimatus excludit ſubſtitutum . Cur. iuni. conſi.83.num.8.Iaſ.in l.cum aut de inſti.& ſubſti. nu.7.C.communem dicit.

67 ¶ Limita, ſi non ſit citatus ſubſtitutus : quia tūc non

non excluditur . idem ibi nu.10. comunem dicit.

68 ¶ Amplia istam limitationem: etsi sit legitimatus uiuente patre . Deci.consi.85 .Coua.in epi.4.c. 8. §.9.num.8.communem dicit . de quo uide supra in uer.citatio nu.31.

69 ¶ Legitimatus,uerbum , idem importat quod legitimus . Cur.iuni.consi.145.nu. 10. communé dicit . & sic filius legitimatus dicitur uerus legití mus . consi.258.communem dicit .

70 ¶ Amplia etiam ad excludendum substitutũ Decium consi.365.nu.6.communem dicit ex Alexã. consi.2.uol.1.

71 ¶ Limita istam communem , quò ad suitatem p l.12.tau.ubi requiritur quod in dispensatione exprimatur auus , ac alij ascendentes aliàs ad illam non extenditur . ut per Cassa.in consue. Burgun. Ru.8.§.3 .glos.ab intestato nu.4.tenet etiam Angel.in authe.qui.mo.natu.effi.leg.& §.filium col. 7.& Bar.in l.omnium.C.de natur. libe. quia quò ad ascẽdẽtes dicitur extraneus : & tenẽt Docto. del casti.& Pala.rub.in d.l.12.

72 ¶ Fallit , quò ad successionem in feudo : quia non succedit legitimatus : nisi sit dictum quod succedat in feudo . Cur.iuni.consi.136.num.1 .communem dicit .

73 ¶ Restringe istam limit.in legitimato per subsequens matrimonium . Ias.in l. cum autem . de insti.& substi .C.nu.10. communem dicit .

74 ¶ Restringe istam restrictionem , si in contractu matrimonij sint instrumenta dotalia : Aliàs non. Cur.iuni.136.nu.2 .communem dicit quam intellige de iure ciuili, non tamen canonico . quamp plura deducit Deci.con.155.& dicit communem

opinionem nu.1.in fi.de quo uide congesta per Coua.in epi.4.cap.8.nu.8.

*§ De iure autem regio est l.1.ti.13.par.4.& l. 12. ti.6.par.1.& l.2.ti.6.li.3.fo.ll.quæ leges indistinctè dicunt filios legitimari per subsequens matrimonium. & quò ad successionem precipuè d.l.2. & cum l.indistinctè loquatur: est intelligenda.c. si Romanorum 19.distin.maximè cum in defectū iuris regni reccurrendum sit ad ius canonicum,& non ad ciuile. per longe traddita per Io.Rube.in re.ru.de dona.inter ui. & uxo. col.7. in introductione. & secundum hoc debet intelligi communis posita in uerbo filius.

75 ¶ Fallit tertio, quando legitimatur quò ad quædam. Cur.iuni.consi.75.nu.4.communem dicit: quia tunc non dicitur propriè legitimus.

76 ¶ Fallit quarto, in legitimatis per Papam, quia non succedit in bonis existentibus in imperio. Cur.iun.consi.136.nu.7.communem dicit.

*§ Concor.cum l.4.ti.15.par.4.

Amplia etiam, si legitimatus sit clericus cum quo dispensatum est per Roma. pontificem: quia quo ad bona ecclesiastica requiritur dispensatio principis secularis. Coua in epi.4.c.8.§.8.nu.19. communem dicit ex Socc.consi.47. uol.4.

77 ¶ Amplia etiam econuerso, quod legitimatus per principem secularem non censetur legitimatus quo ad munera ecclesiastica: glo.communiter approbbta in c.lega.10.distin.& Coua.ibi nu.8.

78 ¶ Nota, quod princeps non potest legitimare non subditum: etiam de consensu eorum quibus preiudicat legitimatio: quò ad bona. sita extra suam iurisditionem. Alexan.consi.67.uol.1.communem

munem dicit. licet Crotus in.§.& quid si in tantū ff.de libe. & posthu.teneat contrarium: dicens communem esse contrariam: quem refert, & nō sequitur Coua in epi.c.8.§.8.nu.15.

79 ¶ Fallit quinto, in statutis Ludo. de gozza. in consi.6.nu.9.communem dicit. & Coua.in d.c.8. §.8.nu.3.magis communem dicit.

80 ¶ Legitimatus a principe sine preiuditio ueniētium ab intestato, potest institui hæres, legitimis non stantibus. Io.duran.in ar. testan.ti.3.cau 8. communem dicit.

81 ¶ Nota quod clausula sine preiuditio uenientiū ab intestato habet locum in casu intestati Gozza. in consi.6.nu.33.communem dicit. & solum excludit fiscum, ac uxorem Deci. consi. 338. communem dicit.

82 ¶ Legitimatio potest fieri per procuratorem. Petrus Raue. in alpha. aur. in uer. legitimatio. communem dicit.

83 ¶ Legitimatus est de reseruatis principi in signum supremæ potestatis. Alci.in l. 1.ff. de uerb. obli.nu.48.communem dicit.

84 ¶ Legitimandi facultas respectu potestatis, est fauorabilis: respectu legitimati, est odiosa.idem ibi nu.47.communem dicit. & ideo non extenditur. Cur.iuni.consi.75. nu. 8. communem dicit. Alcia.in parado.c.16.concludit quod respectu patris, est odiosa: & respectu filij, est fauorabilis.

85 ¶ Legitimādi potestas data post mortem patris, non intelligitur concessa in preiuditium fideicōmissi. Cur.iuni.consi.83.numer.19. communem dicit.

86 ¶ Legitimandi habens facultatem, non potest

proprios filios legitimare Coua.in epi.4.c. 8.§.8. num.21.communem dicit. ex Deci.in cap. 3. de probati.

87 ¶ Legitimandi habens poteſtatẽ, natos ex adulterio, item & ex inceſtu poteſt legitimare. ſi ambo concurrant in uno. Alci.de uerb.obli.ff.num. 46.l.2.communem dicit.

88 ¶ Nota, quod ſi concedatur facultas legitimandi alicui pro ſe & filijs, filij in uita patris poſſunt legitimare. Anto.Ru.in l.gallus.§.quidam recte ff.de lib.& poſthu.col.fi.cõmunem dicit ex Iaſ.in d.§.quidam rectè quam intelligit niſi aliàs acquiſita ſint pro ſe, filijs, & hęredibus: quia tunc filij admittuntur ordine ſucceſsiuo ex Franc. Cur. iuni.conſi.73.

89 ¶ Nota, quod habens facultatem legitimandi non poteſt legitimare ſine cauſa: etiam ſi habeat ampliſsimam poteſtatem: quæ in ſummo pontifice non requiritur. Cur.iuni.conſi.75.nu. 4. communem dicit. Et uide in uer.diſpenſatio num.67. cum ſequenti.

90 ¶ Legitimatio ſi impetratur pro filio adulterino ex utroque parente: debet fieri expreſsio utriuſque adulterij. Coua in epi.4.c.8.§.9.num.3.communem dicit ex Ferdinando de loazes de matrimonio dubio 10.

91 ¶ Fallit, ſi exprimatur filium eſſe ſpurium: etſi ſit baſtardus ex quacumque ſpecie ex illegitimatis. Iaſo.conſi.11.uol.3. communem dicit.

92 ¶ Nota, quod legum expreſsio in diſpenſatione ac legitimatione contra quas fit diſpenſatio nõ eſt neceſſaria niſi aliàs quid graue preiuditium inferatur. Gome.in cap. 1. nu. 6.de conſti.communem

munem dicit.

93 ¶ Nota etiam quod derogatio generalis sufficit in legitimatione ad tollendum .§. naturales si de feu.sue.con.tro.in usi.feu.ubi disponitur quod naturales etiam si fiant postea legitimi nō admittuntur ad feudum. Cur. iuni.consi.157. communem dicit.

94 ¶ Lex uel statutum semper est in uiridi obseruātia etsi post multum tempus casus legis non ueniat secus tamen si casus euenerit & contra legē ut statutū fieret actus. Cur.iuni.con.129. nu. 12. communem dicit.

95 ¶ Lex ciuilis obligat in foro conscientiæ & contraueniens legi peccat mortaliter. Alci.in l.cum contingat de iu.iuran.nu.99.communem dicit.ut plures. limi.per Feli.in c.1.de consti.

96 ¶ Lex exprimens aliquos casus ratione frequentioris usus non intelligitur exclusus aliàs minus frequens. Cur.iuni.consi.107.numer.8. communem dicit.

97 ¶ Limita in pæna statuti concurrens cum pæna legis cōmunis quia per statuti pænam reccessum est a pæna legis communis. Hipo.in.§.quæritur. nu.6.in practi.magis communem dicit.

98 ¶ Lex noua imponens pænam concurrens cum lege ueteri etiam pænali quælibet pæna potest imponi quam prosecuta est accusator. Panor. in ca. de causis de offic.dele.communem dicit nu.14.

99 ¶ Lex reprobans consuetudinem non solum intelligitur de preterita sed etiam de futura. Iaso. in l.de quibus nu.55.ff.de legi.& in l.cunctos populos numer.74.C.de summa trinit. communem dicit.

100 ¶ Lex uel ſtatutum conceptum uerbis uniuer ſalibus de futuro continens actum & non conceſſionem quæ reſtringitur ad habiles non habet locum ratione publicæ utilitatis, Iaſo. in l.hoc edicto.§.renuntiatio. num.5.ff.de noui. ope. enunt. communem dicit.

101 ¶ Lex ſtatuens ſuper matrimonium ac ſuper alia ſpiritualia per quæ intimidantur matrimonia non habent uim legis Deci.in cap.æcclesia ſanctæ Mariæ nu.36.de conſti.Coua.in epi.4. cap. 3.par. 3.§.8.nu.6.communem dicit.

102 ¶ Amplia quod etiam dicta lex non habet locũ circa accidentia matrimonij: Prępo.in cap.1.de ſpon.communem dicit.

103 ¶ Lex 2.C.de reſ.uen.non habet locum in tranſactione: magis communem dicit Alexan. conſi. 42.uol.1. contrariam immo quod habeat dicit cõmunem Fabianus in tract.de emphi. & uen.q.48. princ.colu.4.& hanc dicit magis communem Deci.conſi.203.nu.4.ubi dat concordiam aſſignatam A.Corneo. conſi.27.li.4.dicens uel exceſſus ultra dimidiam eſt modicus & procedit primo, uel exceſſus eſt maximus & procedit ſecunda opi.quam no.& ui. eundẽ Dec.con.216.per totũ ubi allegat Corne.conſi.166.uol.1. & cum hac diſtinctione tranſit Molin.in addi.ad Alexan.in d.conſi.in uerbo communem nu.11.

104 ¶ Nota quod adhoc quod remedium d.l.2. cõpetat emptori ſufficit quod læſio excedat dimidiũ pretium rei emptę ſta quod ſi pretium rei emptę non excedat centum & ipſe dedit Quinquaginta unum ſupra centum habet locum remedium d. l. Coua.in li.2.reſolu.cap.3.num.8.communẽ dicit.

Concor.

*§ Concor.l.4.ti.7.li.5.ordi.repro.l.16.ti.11.par.4.quę uidebatur innuere quod pretium rei emptę deberet excedere induplum. ut si ualebat centũ quod pretium esset duocenta & plus & iuxta d.l.4.nota quod restituens non tenetur ad fructus & hoc potius ex consuetudine quam ex iure ut per Rofre.4.par.deli.rub.de actione ciuili quanto minoris de qua per d.Coua nu.9.& intellige d.communem 81.&.sequentem in media læsione secus in enormissisima, quæ etiam iuramentum non euitat ut in uer.iuramentum fa.7.nu.& ui.Calca.consf.25.nu.27.ex glo.in c.fi.de restit.in inte.li.vj.

105 ¶ Nota quod renuntians specialiter remediũ d.l.2. non potest iterare remedium d.l. Coua. in cap.4.nu.1.communem dicit ex Bar.& Iaso. in l. siquis cum aliter ad fi.ff.de uerb.obli.& Ias.nu.22.

106 ¶ Amplia, in sciente uerum ualorẽ rei,& pretium: etiam si non renuntiet: non competit ei dictum remedium. Coua.in d.ca.4.num.2.communem dicit ex Deci.consi.583.

107 ¶ Nota circa d.l.2.quod res est in obligatione: & ptetium in solutione. secundum glos. communiter approbatã in d.l.2.quam communem dicit d.Coua.in d.ca.4.nu.4.ex Caro. Moli. in consue. pari.ti.1.§.22.nu.42.

*§ Concor.l.56.ti.5.par.5.quam nota & uide uer. debitor.

108 ¶ Lex 1.de sacrosanctis eccle.habet locum in quocumque testamento facto: & ab illo qui non est in articulo mortis. Ias.in d.l.1.nu.31.commu nem dicit.

109 ¶ Item d.l.1.habet locum in habilibus Boe.in consue.bitu. in rubr. des costumens concernans

Secus tamen, si agatur actione iudicati: uel in factum. Imol.& Rafael.quos refert Iaso.in l. intra diem.ff.de re.iudi.num.2.communem dicunt: licet contrarium teneat ipse Iaso.in secundo membro. sed quod sufficit qualis qualis petitio. in nu. 6.quod mihi plus placet.

113 ¶ Amplia secundo, in causa criminali in qua etiam nō requiritur conclusio Zasius in .§.1.insti. de acti.nu.26.communem dicit.

117 ¶ Libellum non uitiat ordinis peruersio. Felinus in ca.qualiter & quando de accusa.nu.3.communem dicit.

118 ¶ Nota quod in libello non est neccessaria expresio nominis intentatæ actionis. Iaso. in l. ędita num. 1.C.de æden.communem dicit.quam limita: quando proceditur ex clausula, sola ueritate inspecta, quia tunc non requiritur: quia tempus, nec locus declaratur. ut notant Deci. in ca. dilecti. de iudi.& Ias.in l.uinum.ff.si certum pet. & in terminis consuluit, Alexan.consi.6.uol.3.& Socc.consi.109.uol.3.& Iuni.consi.65. Item post conclusum in causa stante d.clausula, recipiuntur testes: quia solemnitates de iure ciuili requisitæ, non attenduntur cle.sæpe de uer.signi. & ibi notat Imol.& Alexan.consi.84.uol.4.nec conclusio libelli notatur, Ange.Are. Iaso. & Alexand.in l. omnium.C.de testa.sed requiritur, quod clarè intentio actoris manifestetur. Cur.iuni.149.nu. 6. communem dicit.

* § Concor.cum.25.ti.2.par.3.& cum l.201.§.3.& 4.in pragma.

119 ¶ Item in criminalibus requiritur expresio tẽporis, & loci delicti: aliàs non ualet etiam parte

non

non opponente. Bello.consi.63.nu. 2. ex Bar. in l.ædita.C.de æden.

120 ¶ Nota quod libellus nõ potest emendari post litem contestam Io.a Ripa in d.l. ædita num. 44. communem dicit.

* § Hoc uidetur etiam notari per l.41.ti.2. par.3.& nota istam communem cum sequenti ad eius intellectum.

121 ¶ Amplia etiam, si sit in eo clausula, saluo iure addendi, uel minuendi, non potest mutari, minui, uel addi. Ias.in d.l.ædita nu. 44. communem dicit.

* § Limita l.1.ti.3.li.3.ordi.per istam communem.

122 ¶ Libellus in quo continentur duæ actiones: quæ ita se habeant, quod sententia lata in una obstat exceptio rei iudicatæ in alia: non procedit, Bello.consi.22.nu.16.communem dicit ex Barto. in l.ædita actio in quarto genere.C.de ædendo.

123 ¶ Litteræ subreptitiæ sunt ipso iure nullæ. Feli.in cap.audientiam el.2.de res.nu. 22.

124 ¶ Litis contestatio requiritur in omnibus iudicijs possessorijs. Iaso.in l.naturaliter.§.nihil.commune.ff.de acquir.posse.nu.165.cõmunem dicit.

125 ¶ Fallit primo, in possessorio ædicti carboniani. Io.Cora.in.§.nihil commune uers. expeditis nu. 37. communem dicit licet sibi non placeat.

* § Limita l.1.ti.3.li.1.ordi.per istam communem.

126 ¶ Fallit secundo, cum est periculum in mora: Ias.in d.§.nihil commune num. 172. communem dicit. ubi ponit alias duas limitationes.

127 ¶ Litis contestatio fit per confessionem partis Feli.in c.olim de litis contesta. numer.5. communem dicit.

Litis

128 ¶ Litis conteſtatio eſt neceſſaria in proceſſu: taliter quod non poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata, Mari. in c. 1. ut li te non conteſtata nu. 7. communem dicit.

129 ¶ Litis conteſtatio requiritur, cum agitur de fœdere matrimonij: nec teſtes recipi, nec ſenten tia proferri poteſt: ſine conteſtatione: cum ambo ſunt preſentes, Coua. in epi. 4. cap. 8. §. 12. nu. 6. communem dicit. ex Decio in c. per tuas de ap pel. licet ipſe dicat quod communis ſententia eſt eſt contra Decium. Immo quod ſententia pote rit proferri, & teſtes recipi ſine conteſtatione iu xta cle. diſpendioſam de iudi. & cle. ſæpe de uerb. ſignifi.

130 ¶ Litis conteſtatio non eſt neceſſaria: quando agitur de reſtitutione in integrum. Io. Mau. de reſti. in integ. c. 139. communem dicit.

131 ¶ Litis pendentia ſuper poſſeſsione, non facit benefitium litigioſum Caſsiodo. ut lite pēde. dec. 4. nu. 1. communem dicit.

132 ¶ Locatio potius dicitur, quam uenditio: ſi ſit conſtitutio annuæ penſionis per contractum. Io. Fran. in tract. de peſte 2. par. princ. nu. 39. com munem dicit.

133 ¶ Locatio ab emphiteoſi diſcernitur ex quanti tate penſionis: quia in emphiteoſi datur modica penſio ſolum iure cognitionis dominij. in lo catione autem magna. Bello. conſi. 21. nu. 8. com munem dicit. ex Barto. in l. 2. de iur. emphi. C. & Iaſo. nu. 35.

134 ¶ Nota quod ex effectu contractus perpendi tur qualis eſt contractus ſub cuiuſcumque uerbo rum forma concipiatur. Bello. conſi. 21. nume. 6.

commu-

communem dicit. ex Panor.in c. constitutus de religi.domi. & Alexand.consi.19.uol.3.

135 ¶ Locatio facta per maritum de bonis dotalibus,non preiudicat mulieri soluto matrimonio, Coua,in suis reso.c.15.li.2.nu.5. cõmunem dicit ex Alberi.in l.diuortio nu.11.ff.solu.matrimonio licet sibi placeat opinio Alex.in l.si filio familias. §.si uir.ff.solu.matr.quod locatio per modicum tẽpus facta a marito ualet.

136 ¶ Amplia, ad locationem factam per prelatũ: quia non transit ad successorem. Idem Coua.ibi communem,dicit.

137 ¶ Intellige istam communem cum locatio est facta de bonis de quibus ipse prelatus percipit fructus: secus tamen. de alijs bonis ecclesię quia preiudicat successori.Idem ibi communem dicit.

138 ¶ Lucrum quod maritus acquirit per statutum post mortem mulieris dicitur aduentitium ex causa lucratiua. Hiero.cagno.in l.in eo.ff.de re. iur. communem dicit.

139 ¶ Lucrum quod alicui infertur contemplatione alicuius: debet ei applicari cuius contemplatione aufertur. Curt.iuni. consi.93.num.6.communem dicit.

140 ¶ Fallit in pœna apposita ex dispositione hominis: quia non acquiritur illi cuius contemplatione acquisita est: sed uenientibus ab intestato. Io.Nico.in l.generaliter nu.48.de secun.nupt.C. communem dicit.

M

1 MAgistratus in his quæ sunt uoluntariæ iurisditionis nõ potest alteri se summittere. Iaso.in l.est receptum num.8.ff.de iurisd. omni.

omni.iudi.magis communem dicit.

2 ¶ Maior pars decurionũ dicitur esse quando sunt congregatæ duæ partes ex tribus. Bello.consi.39. nu.1.communem dicit.

3 ¶ Mala fides defuncti impedit prescriptionẽ uniuersalis hæredis, uel successoris, Iaso. in l. cum quis nu.22.ff.de acquir.possess.magis communem dicit. Et uide quæ habes in uerb. prescriptio numer.221.

4 ¶ Malicia supplet ætatem quo ad sponsalia contrahenda. Prepo.in cap.iuuenis de sponsa. & Coua in epi.4.cap.2.communem dicunt.

5 ¶ Mandans non comprehenditur. sub statuto punienti facientem malefitium: secus tamen, si dicat pro homicidio: uel pro vulnere ponatur talis pæna. Iaso.in l.siquis id quod num.36.ff.de iurisd. omni.iudi.communem dicit.

6 ¶ Mandatum generale comprehendit speciale sine quo mandatum generale redderetur frustatorium. Cur.iuni.in l.2.de iurisd.omni. iudi. nu.43. ff.communem dicit.

7 ¶ Mandatum non presumitnr interuenisse etiam post mille annos.Hiero.cagno.in l.uelle num.16. ff.de re.iur.communem dicit.

8 ¶ Fallit in his quæ sunt parui preuditij: quia præsumitur lapsis decem annis. Ludo.de gozza.cons. 96.nu.11.communem dicit.

9 ¶ Mandatum procuratoris potest probari per testes. sicut per instrumentum. Ias.in l.cautio nu.7. de procur.communem dicit.

10 ¶ Mandatum speciale requiritur ad acceptandũ beneficium nomine alicuius: & non sufficit generale, licet non requiratur specialis beneficij expresio.

presſio. ſed ſufficit generalis. Coua. in reſolu. cap.16.li.3.communem dicit. ex Panor. in c. accedens el.2.de præben.& Docto.in c.ſi tibi abſenti de preben.& nota unum ſingulare quod eſt contra Panor.in.d.ca.accedens. quod ſi aliquis acceptat beneficium nomine abſentis ſine mandato,& poſtea principalis acceptet:valet acceptatio à die acceptationis primæ ſuo nomine factæ.Idē Coua. ibi.communem dicit ex Deci.in.l. qui non prohibet nu.7.ff.de reg.iu.

11 ¶ Maritus nubētis ſecundo infra annum luctus, ſi hæres inſtituatur in ſolidum: teſtamentum ualet in tertia parte in qua poterat inſtitui. & in aliis bonis ſuccedunt ueniētes ab inteſtato Io.à Garo. in l.i.C.de ſecun. nupti. nu.7.comunem dicit. Et de materia tam mulieris, quàm mariti ſecūdo nubentis uide ſupra in uer. Binubis, per totum.

12 ¶ Maritus nomine uxoris, poteſt agere ad reuocationem uenditionis à ſe factæ. Anto. nic. in concor.glo.120.§. duodecimo adducitur communem dicit. Et uide quæ habes in uer. abſens.

*§ Amplia, ad bona data per maritum uxori in donationem propter nuptias. Ibi non ſufficit conſenſus uxoris in alienatione illarum rerum l. 7.ti. 10.par.4.& l.4.ti.2.li.3.fo.ll. Limita tamen, niſi aliàs res illa data, ſit extimata prout decima de rebus dotalibus per l.7.ti.11.par.4.de qua per docto.de pala.rube.in repet.ea.col.73.de quibus donationibus mulier mortuo uiro, non poteſt alienare extantibus liberis mariti: niſi in quarta parte .ut habetur in 4.parte.ti.delas quas libr.3.fo. ll. Et quod dictum eſt quod non poſſunt alienari etiam ſi accedat conſenſus uxoris: eſt intelligendum

dum nisi aliàs accedat binubis consensus, uel iuramentum de quo per d.Rube.in col.77.

13 ¶ Maritus potest uendicare uxorem, etiam a patre: licet lis inter patrem & filium prohibeatur per statutum. Prepo.in c.non est despon. & Coua.in epi.4.cap.7.nu.4. communem dicunt.

14 ¶ Maritus potest expellere uxorem propter dotem non solutam. Coua.ibi nu.2.licet sibi non placeat, communem dicit: quam intellige si culpa uxoris non soluitur Gui.consi.127. ubi etiam loquitur de alimentis prestandis per maritum: de quo etiam per Ang.& Iasonem in l.si cum dotem §.sin autem .ff.solu.matrim.

* § Nota quod si maritus expellit uxorem, & assumit concubinam, uel aliam uxorem: dicitur allenosus, & perdit medietatem bonorum l.8. ti.18. lib.8.ultra pœnam binubentis: de qua in l.6.ti.15. & l.8. in ordi. etsi nō expellit mulierem a domo: sed habet concubinam, perdit quintam partem bonorum si non excedit decem millia marabetinorū l.3.eo.ti.de quibus ll.uide p docto.de pala.rube. in d.repet.col.280.§. Et nota quod si secundum istam communem, maritus expulit mulierē a domo propter dotem non solutam: quod si interim maritus lucratur bona multa: quod mulier non habebit medietatem bonorum acquisitorum iuxta l.2.ti.4.li.5.ordi.de quo per d. Ioan.lupum col.315.

15 ¶ Maritus ex matrimonio momentaneo, non lucratur partem dotis, stante statuto quod maritus lucretur. Tiraquel.in l.si unquam de reuo. dona. C.in uerbo donatione largitus numer.185.communem dicit.

Maric

16 ¶ Mariti domicilium eſt attendendum cum agitur de lucranda dote per ſtatutum. Iaſo.in l.cunctos populos num.24.in prima l.& in 2.nu.60.de ſumma tri.C.communem dicit.

17 ¶ Amplia primo, ad deciſionem litis ſuper dotem, eſt attendenda conſuetudo: uel ex domicilij uiri, Coua in epi.4.cap.7. numer. 6. communem dicit.

18 ¶ Amplia ſecundo, quia non poteſt maritus cõueniri de dote recepta reſtituenda in loco contractus, ſed domicilij. Idem Coua ibi communem dicit.

19 ¶ Limita niſi aliàs eo animo contractum ſit matrimonium: ut in loco contractus uiuatur. Idem ibi num.7.ex dicto Bal.in l. fi.C. ſi a non compet. iudi.communem dicit.

20 ¶ Nota quod ſi bona tam mariti, quam uxoris ſint alio loco a loco contractus: conſuetudinis,ac leges illius loci ubi bona ſunt, debent attendi. Anto.rube.conſi.71.communem dicit.

*§ De iure regio fructus tam dotis, quam bonorũ paraphernalium ſunt ad ſuſtentanda onera matrimonij: & quæ ſuperſunt, ſunt communes inter coniuges l.3.ti.2.li.3.fo.ll.& l.fi.ti.4.eo. ti. & ſic eſt intelligenda l.18.ti.11.par.4. conſeruata dote ut in l.21.eius ti.& par. quod intellige de fructibus durante matrimonio perceptis,de alijs autem habes l.3.& 10.ti.4.li.3.fo.ll.quæ diſponunt quod ſi non ſunt a ſolo ſeparati: ſed fructus apparebant diuidentur inter uiuum & hæredes mortui,ſi autẽ fructus non apparent: erunt hæredis cuius erat proprietas ſoluta medietate expẽſarum. ſi fructus ſunt uineæ, uel arborum, ſi autem ſeminis,erunt

communes

communes pro medietate. (ut dictum est) si tamen terra erat benè culta, & non seminata: fructus erũt cuius erat predium soluta medietate ex pensarum, de quibus per Io.lupum in repet.rub. col.301.

21 ¶ Maritus non tenetur restituere fructus naturales, uel industriales bonorum uxorum: si sunt modicæ extimationis. Coua.ibi cap.7.§.1.numer.1. communem dicit.

22 ¶ Maritus si deprehendatur in adulterio post sententiam in qua fuit separatum matrimonium propter adulterium: reintegratur matrimonium. Coua in epi.4.cap.7.§.6.nu.5. communem dicit ex Feli.in cap.lator de.re iudi.nu.9.

23 ¶ Maritus si occidat uxorem deprehensam in adulterio peccat mortaliter. Coua.in epi.4. cap. 7.§.7.nu.9.communem dicit ex Tiraquel.in connubiali in li.8.

24 ¶ Mariti hæres tenetur alimenta prestare uxori uiduæ infra tempus infra quod non sibi restituuntur mobilia. Alex.in l.a diuortio .ff.solut.matrim. Coua in epi.4.cap.3.§.9.numer.9 communem dicunt.

25 ¶ Masculinum concipit fæmininum non ex propria significatione uocabuli, sed legis interpretatione. Curt. iuni. consi. 163.numer.13. communem dicit.

* § Quando de iure regio masculinum concipit fæmininum uide l.6.ti.33.par.7.

26 ¶ Masculinum in materia fauorabili comprehẽdit fæmininum. Cur.iuni.consi.153. communem dicit.

27 ¶ Masculinum non concipit fęmininum in con-

R tractibus.

tractibus, Iaso. in l. siquis id quod .ff. de iurisd. omni.iudi.nu.23 .communem dicit ubi ponit quatuor limitationes.

28 ¶ Mater in dubio non debet excludi a luctuosa hæreditate filij.Cur.iuni.consi.134.numer.6.communem dicit.

29 ¶ Mater acceptans tutelam filiorum si postea accedat ad iudicem dicens uelle contrahere matrimonium quod filijs prouideatur de tutore: locus est tutori datiuo, non autem legitimo. Cur. iuni. consi.94.nu.5.communem dicit.

30 ¶ Mater si per statutum priuatur succesione filiorum stantibus agnatis priuatur etiam auus maternus Io.Nico.in l.generaliter nu.45.de secun. nupt. communem dicit.

31 ¶ Matri non creditur, dicenti ab alio quàm a marito filium recepisse: etsi multum uagauerit. Boe. dec.29.nu.6.communem dicit.

32 ¶ Matrimonium solo consensu contrahitur: & non sunt necessaria uerba. Hiero. cagno.in l.nuptias.ff.de re. iu.nu.5.communem dicit.

33 ¶ Consensus licet quo ad Deum, in matrimonio per uoluntatem cognoscatur: tamen quo ad ecclesiam, per uerba uel, alia signa consensum demonstrantia, dignoscitur. Et hic est uerus sensus, & communis c.tua nos despon.Coua. in epi. 4.c. 2.par.2.nu.1

34 ¶ Matrimonium contrahitur per hæc uerba nō nisi te, habebo in uxorem. Prepo.in c. ex parte. num.7.despon.communem dicit.

*§ Concor.cum hac communi l.15.ti.1.par.4.

35 ¶ Matrimonium contrahitur: si dico non mutabo te pro meliori uxore. Idem Prepo. numer. 8.

ibi

ibi communem dicit.

36 ¶ Matrimonium dicitur cõtractum per hæc uerba, iuro uel promitto, quod habebo te in uxorẽ. Coua in epi.4.par.2.cap. 4.§.1.numer.5.communem dicit.

37 ¶ Matrimonium cõtrahitur precedente expresso consensu mulieris ex traditione annuli. Idem ca.4.nu.3.communem dicit.

38 ¶ Matrimonium contrahitur: si parentes presentibus filijs, ac tacentibus, contrahãt nomine filiorum. Prepo. in cap. tuæ despon. communem dicit.

*§ De iure regio dicit l.10.ti.1.par.4. quod si pater vult ut filia contrahat matrimonium cum aliquo: & ipsa resipiscat, si cum alio contraxit sine uoluntate patris: quod potest illam exhæredare. Et de hoc uide Io.lupum in repe.cap.per uestras de dona.inter ui.& uxo.col.246.

39 ¶ Matrimonium presumitur per cohabitationẽ quadragenariam Prepo.in cap.consultationi: despon.communem dicit.

40 ¶ Matrimonium sub conditione contractum, adueniente conditione, non est necessarius alius nouus consensns, aut contractus. Coua. in epi. 4.cap.3.num.5.communem dicit. ex Abba. in c. de illis de condic.appo.

41 ¶ Limita istam communem, si a principio illicitus sit contractus: quia contrahentes erant impediti, & contrahunt si cum eis fuerit dispensatum: quia adueniente dispensatione, nouus requiritur consensus. Fran.de Are.in l.apud Iulianum.ff.de le.1.communem dicit.

42 ¶ Restringe istam limitationem ad consensum

 presum-

præſumptum: & ſic ſi poſt diſpenſationem ſcienter cohabitauerint, uel ſe communicent per carnis copulam ſufficit adhoc quod dicatur matrimonium contractum, Ferdi.de Ioazes de matrimonio dubio 12.nu.24.communem dicit. quem refert Coua. in epi.4.cap.4.numer.5.& dicit etiam communem.

43 ¶ Limita primo communem & ſequentes niſi aliàs fuerit contractum per metum: quia eſt ipſo iure nullum, Panor.in cap.cum locum deſponſa. nu.6. communem dicit. & Barba. conſi. 54.uol. 1.nu.10.communem dicit.

* § Nota iſtam communem cum ſequentibus ad intel.l.15.ti.2.par.4.ubi inuenies concordantias ad ea quæ fiunt per metum.

44 ¶ Amplia limitationem, non ſolum ſi fiat ex metu: ſed etiam ex preſumptione metus. Io.a Ripa in cap.cum.m.de conſti.numer. 180. communem dicit.

45 ¶ Amplia ſecundo, etiam ſi metum paſſus dederit cauſam metui, uel cohærtioni. gloſ. in ca.ueniens deſpon. Coua.in epi.4.par.2.ca.3.nu.7.§.3. cõmunem dicit.

46 ¶ Nota, quod hic metus debet eſſe qui poſsit cadere in conſtantem uirum: quod arbitrio iudicantis relinquitur. glo.in l.interpoſitas.C.de trã ſacti. Coua. in epi. 4.cap.3.§. 2.nume.8.communem dicit.

47 ¶ Amplia iſtud notabile ad reſcindendum quemcumque contractum, etiam alium a matrimonio, Hiero.Cagno.in regula in omnibus de re.iu.ff.in princ.communem dicit.

* § De iure regio, metus qui poteſt cadere in conſtantem

ſtantẽ uirum:eſt metus mortis,mutilationis membri, uel tormenti corporalis, uel perditionis libertatis, uel fame, uel ſimilium l.7. ti.33. par. 7.

48 ¶ Metus qui poteſt cadere in cõſtantem uirum, eſt excommunicatio. Roma.conſi.369. communem dicit.

49 ¶ Metus reuerentialis, precedentibus nimis, eſt ſufficiens ad annullandum contractum matrimonij Socc.conſi.261.uol.2.Coua.in epi.4.ca.3. §.6.par.2.nu.4.communem dicit.

50 ¶ Limita, niſi cum timore reuerentialis enormis læſio accedat: quia non requiruntur minæ, Coua.ibi & Are.in conſi.24.communem dicit.

51 ¶ Limita ſecundo, in profeſsione, quia metus reuerentialis ſufficit, Iaſ.conſi.3.uol.1.& Coua ubi ſupra,communem dicit:licet ſibi non placeat cum tanta libertas requiratur in motrimonio car nali. quam in ſpirituali.

52 ¶ Limita tertio, in precibus importunis ſine minis. Mathe. de afflictis in deci.69.communem dicit.

53 ¶ Nota quod metus conditionalis eſt ſufficiens ad non cauſandam preſumptionem iuris,& de iure, ex copula ſuperuenienti. Prepo.in c.is qui.fi dem deſpon. communem dicit.

54 ¶ Metum illatum fuiſſe, potius creditur duobus teſtibus affirmantibus, quàm centum abſque metu eſſe contractum, Deci.in cap.fi.de appel.com munem dicit.

55 ¶ Nota quod metus non probatur per unum teſtem. Alci.de preſum.re.3. preſum. 7. numer. 6. communem dicit.

56 ¶ Metum excludit preſentia patris, uel propin-

quorum. Hiero.cagno.in regu. in omnibus.ff. de re.iu.nu.8.communem dicit.

57 ¶ Limita quarto, communem principalem cum sequentibus: si sit contractum ante pubertatem: quia matrimonium non contrahitur etsi sint uerba. Prepo.in c.2.despon.communem dicit.

58 ¶ Restringe, nisi aliàs cum alia, copulam carnalem consumauerit. idem ibi communem dicit.

59 ¶ Restringe secundo, si sit proximus pubertati: & malitia supplet ætatem.c. de illis el.2.de spon. impu.& proximus pubertati uir dicitur cum accedit ad decimum & dimidium suæ ætatis annum. in fæmina ad nouennium cum dimidio. Coua. in æpito.4.num.5.communem dicit ex glos.in.§.pupillus.de in utili.stipu.& in l.pupillum.ff.de re.iu. ipse concludit arbitrio iudicis relinquendum con sideratis circunstantijs.

* § Cum hac communi concor.l.8.ti.31.par.7.

60 ¶ Limita quinto, inter adoptantem & arrogantem, & filiam adoptatam, ac arrogatam,& inter eius filios,& uxorem propter impedimentum legalis cognationis,Coua in epi.4.cap.6.§.5. nu.2. par.2.communem dicit.

61 ¶ Amplia in tantum esse ueram communem: q si contrahatur matrimonium soluta cognatione legali, requiritur nouus consensus. Idem Coua ibi num.3.communem dicit.

62 ¶ Fallit in filijs emancipatis:qui non sunt sub potestate patris: quia inter eos matrimonium non impeditur. Idem ibi in fine communem dicit.

63 ¶ Limita sexto si contrahatur sub conditione cótra substantiam matrimonij: de qua per tex.in ca. fin.de cóndi.appe.quam intellige quod si unus ap

ponat

ponat conditionem: & alius non consentiat resultant ex contractu sponsalia de futuro: quæ per carnis copulam transeunt in matrimonium. Iaso. in authen. ingressi nume. 34. C. de sacro. san. eccle. communem dicit.

64 ¶ Restringe hanc limitationem; si alius tacitè, uel expressè consentiat: quia ex hoc nec sponsalia resultant. Coua in epi. 4. cap. 3. par. 2. nu. 16. communem dicit ex Geral. singulari 21. & Hyppol. sin. 286.

65 ¶ Limita septimo, si contrahatur matrimonium lite pendente super primo matrimonio: aliàs nullo, quod contrahentes credebant esse uerum nam tale matrimonium non ualet, Prepo. in cap. cum in apostolica de spon. communem dicit quem intelligit. Coua. in epi. 4. par. 2. cap. 3. §. 7. in foro conscientiæ non tamen in foro fori.

66 ¶ Limita octauo, si contrahens non potest generare quia non potest contrahere Io. de neuiza in silua nupti. par. 1. fol. 59. communem dicit.

67 ¶ Restringe ad eos qui non possunt generare natura impediente, quia sunt frigidi a natura secus tamen in alijs qui sunt ætate & natura habiles, licet impotentes Panor. in ca. impuberes despon. impub. communem dicit.

68 ¶ Restringe secundo, in nō uolente cognoscere uxorem propriam sit cognoscit extraneam, Coua in epi. 4. cap. 4. §. 1. nu. 3. communem dicit.

69 ¶ Limita nono, in occisore presbiteri quia licet non dirimatur matrimonium contractum: impedit contrahendum, Coua. ibi. c. 6. par. 2. num. 5. communem dicit.

70 ¶ Limita decimo, quia impeditur contrahendũ:

licet non dirimat contractum fama publica,etiam precedentibus sponsalibus iuratis. Prepo.in cap. præterea & 2.despon.communem dicit.

71 ¶ Et idem est in uno teste Prepo.ibi in fi. communem dicit.

72 ¶ Nota,quod matrimonium quò ad thorum, dissoluitur per peccatum sodomiæ. Coua in epi. 4. cap.7.§.5.num.6.communem dicit ex Panor. in cap.maritis de adulte.

73 ¶ Matrimonium secundum contractum in facie ecclesiæ, præualet: primo clandestino probato p unum testem.& famam. Socci.consi.19.uol.3.cōmunem dicit.

74 ¶ Matrimonium iuramento necessario coniugū non probatur. Io.cora.cap.4.in miscella.li.3.com munem dicit: quam intellige ut in uer.iuramentum num.107.& in uerb.confessio.nu.96.quæ ibi habes de lege.regni.

75 ¶ Matrimonium non probatur per nominationem: licet faciat aliquam presumptionem. Ioan. cora.ibi nu.7.communem dicit.

76 ¶ Matrimonium non probatur ex uerbis narratiuis, uel enunciatiuis instrumenti. Cur.iuni.conf. 95.nu.5.Feli.in cap.illud de presumpti.nu.2.com munem dicit.

77 ¶ Matrimonium nondum consumatum, una par te iniusta, dispensatione potest dissolui.Cur.iuni. 170.nu.1.communem dicit.

78 ¶ Intellige si est causa dispensandi:quia aliàs dispensatus non est tutus in foro. Dec. ibi. communem dicit nu.7.

79 ¶ Matrimonium Carnali copula consumatum, non potest diuidi per dispēsationē.Hiero. cagno.

in

in l.nuptias.nu.5.de re.iu.ff.communem dicit.

80 ¶ Matrimonium per ſtatutum punitum, intelligitur de conſumato.Hyp.ſingu. 196.communem dicit.

* § Iſta communis uidetur limitare l.49.tau.loquentem de contrahente matrimonium clandeſtinè: ſed illa lex hanc reſtrictionem non recipit,ſecundum mentem quæ ſemper eſt attendenda: per lōgè traddita per Deci.conſi.261.precipuè cum uerba legis ſint intelligenda iuxta materiam, & actum de quo agitur l.ſi uno in princ.C.loca.l. damni infecto.ff.de damn.infec.l.ſi ſtipulatus de uſu.& Bar.in l.1.per illas.ll.C.de nego.geſtis. Et in l.3. eius titu.& Iaſo.in l.explicito.§.hoc autem ad trebell.ff.lec.2.& cum in matrimonio clandeſtino eccleſia non curat de copula adhoc quod dicatur clandeſtinum.c.diuortio & ibi docto.de cland. deſpon.nimirum quod d.l.tau.copulam non deſideret. Et hanc opi.per plura tenet docto.del.caſti.in d.l. item etiam in adulterio non curatur de copula.ut in l.2.ti.15.li.8.in ordi. ubi diſponitur ſponſam de preſenti poſſe occidi per ſponſam apprehenſam in adulterio repro.l.2.li.4.ti. delos adulte.fo.ll.ſed hanc l.intellige quando ſponſalia de preſenti ſunt contracta in facie eccleſiæ. ut diſponitur in l.81.tau.ſi tamen fiat clandeſtinè:puto procedere d.l.2.fori. Et nota quod ratione minoris ætatis nō ſubuenitur ſi ſit maior quatuordecim annorum l.4.ti.18.par.6.quam uide ad materiam an minor in delictis excuſetur.

81 ¶ Matrimonij appellatione in odioſis non ueniunt ſponſalia. Feli.in rubr.deſpon.num.2. communem dicit.

In

82 ¶ In matrimonio admittitur dandi cōditio præter causam dotis: quando datur uxori iuueni, uel generosæ: etiam si sit uilis in premium iuuentutis, Cur.iuni.consi.60.nu.20.communem dicit. Nota quod hæc donatio non tenetur a muliere reseruare filijs primi matrimonij, secundo nubens. Io. a Ripa in l.fæminæ.C.de secun.nupt.nu.35.& Io. lupus in repe.ru.§.50.nu.35.quæ faciunt ad intellectum l.15.tau.& ea quæ habentur super in uer. binubis.

83 ¶ Conditio apposita, si inuenta sit uirgò, reicitur, & ualet matrimonium: etsi inueniatur corrupta. Prepo.in cap.per tuas de condi.appo.communem dicit.

84 ¶ Mediocriter mali sunt qui decesserunt cum multis peccatis uenialibus. Panor.in c.Matheus nu.9.de cele.missæ.communem dicit.

85 ¶ Merita probantur per assertionem electorū asserentium interuenisse in donatione facta inter personas inter quas non est prohibita donatio, Cur.iuni.consi.97.nume.5. communem dicit: & de istis meritis uide supra in uerb.donatio nu.97.

86 ¶ Mærum, ac mixtum imperium & iurisditio non prescribitur nisi per tantum tempus: de cuius initio non est mæmoria hominum in contrarium, Cur.iuni.consi.174.nu.152.cōmunem dicit. licet prescribi posit. Bello.consi.46.num. 1. communem dicit.

87 ¶ Metus reuerentialis mariti non est potens ad faciendum quod contractus rescindatur, Alci. in cap.cum contingat. de iure.iuran.nume.1. communem dicit. & uide supra in uer. matrimonium num.40.cum.sequen.

Nota.

88 ¶ Nota. quod si per metum fiat aliquis actus: tenet actus, licet rescindatur Marti.naua.in rel e. c. accepta de resti.spolij. oppo.5.num.8. commu nem dicit.

89 ¶ Amplia istam communem ad renu ntiationem benefitij factã per metum. Idem . Naua.ibi.communem dicit.

90 ¶ Minæ factæ a potente,uel a solito ponere minas in executione: est sufficiens inditium ad tor turam. Mar. Anto.in trac.de inditijs numer.185. communem dicit. Idem cum communi dicit l. 60. stili.

91 ¶ Minor ante uigesimum annum non potest accusare: nisi suam, uel ipsorum iniuriam prosequa tur. Anto. de trem. in addit. ad bonac. in pract. excepti.in rub.qui.mo.suo.au.num.6.uer.ad illos casus communem dicit.

*§ Concor.cum l.2.ti.1.par.7. sed discordat quod sufficit per dictam l.quo sit maior quattuordecim annis. Et in dicta lege habes qui dicantur sui, adhoc quò minor possit accusare.

92 ¶ Minor ante uigesimum quintum annum, non potest constitui procurator in iuditialibus: in extraiuditialibus ante decimũ septimum. sic Ias. in l.exigendi.C.de procu.nu.19.cõmunem dicit.

39 ¶ Minor uigintiquinque annorum de omnibus gestis per eum, dum est maior habet restitutioné, Iaso.in l.siquis suas.C.de repe.& abstin.hære. nu. 6.communem dicit.

94 ¶ Amplia, etiam si per legem, aut statutum reputetur maior: nihilominus restituitur, Ludo. Roma.consi.90.nu.2.communem dicit.

*§ Nota istam communem ad intell.l.47.tau. quæ disponit

disponit filius matrimonium contrahendo fit emã cipatus, & liberatus a patria potestate.

95 ¶ Fallit primo, si sciens se læsum, iurat: non potest contrauenire etiam pretextu enormissimæ. læsionis, Cur.iuni.consi.43.communem dicit.

*§ Nota istam communẽ ad ampliationem l. 16.ti. 11.par.3.

96 ¶ Fallit in doctore minore, si dicit esse lęsum, Boe.dec.350.nu.6. communem dicit: quam intel ligit si dicit se læsum in allegatione iuris: secus tamen, si in alijs læderetur circa bona quæ tamquam uere philosophantes contemnunt l. in hominibus.§.philosophus.ff.de uaca.ac execu.mune.

97 ¶ Nota, quod minor, ac mulier debet certiorari de suo iure expresse: aliàs non ualet renuntiatio. Io. Nico.in addi. Alci.de presum. re. 1. presump.42.num.2.communem dicit.

98 ¶ Restringe istud notabile, & est secunda fallentia ad regulam si minor obligatur iuramento mediante: quia tunc non requiritur certioratio. Iaso.in authe.sacra.C.si aduersus uend.nu. 56. com munem dicit.

99 ¶ Nota quod, minor qnattuordecim annorum, maior autẽ capacitate, si urat. obligatur iuramẽ to secundum canonistas Panor. in cõs.108.uol.2. secus tamen, de iure ciuili, Iaso.in authen. sacramenta.C.si aduersus uendi.num.10. communem dicit. Deci.tamen in l.pupillum.ff. de re iudi. & Io.Mau.in trac.de resti.in integ.cap. 112. dicunt simpliciter obligari iuramento. licet Alcia.in c. cum contingat de iur.iuran.nu. 141. dicat magis communem simpliciter non obligari iuramento; quem uide.

Cum

*§ Cum Alcia.concor.l.56.ti.5.par.5. quam intelli ge, & limita si minor cum iuramento promittat non contrauenire pretextu minoris ętatis l.16.ti. 11.par.3.& l.6.ti.9.par.6.& uide quæ habes supra in uer.iuramentum nu.95.

100 ¶ Fallit tertio, si pecunia minoris perdatur casu fortuito, non restituitur. Io. Mau.de resti. in integ.cap.175. communem dicit.

101 ¶ Maior non tenetur probare esse infra tempus petendi restitutionem. Io.Nico.in addi. ad Alci.rub.1.pres.42.nu.8.communem dicit.

102 ¶ Minor non habet uocem in concilio, nec in electione, nec in constitutione sindici. Iaso. in l. de pupillo nu.4.ff.de nou. ope. nunt. communem dicit.

103 ¶ Misio in possessionem propter contumatiā, non solum non habet locum in benefitio obtinendo, sed nec etiam in obtento. Io.de selua in trac. benefitij par.1.q.5.num.12. communem dicit.

104 ¶ Misio in possessionē ex primo decreto est mixti imperij Ias.in l.posideri.§.genera num.14 ff.de acquir.posses. communem dicit.

105 ¶ Misio in possessionem ex primo decreto facta,uni ex creditoribus ex causa onerosa,prodest. omnibus alijs creditoribus ex causa similiter onerosa: si tamen causa est lucratiua,uno immisso, iā dicuntur alij immisi. Anto.de fano. de pigno.& Hyppo.in 3.par.mem.2.num.10.restrictione sexta communem dicit

106 ¶ Nota quod missus in possessionem ex primo decreto, non dicitur possessor. sed detentor. idē Fa.in d.mem.2.nu.6.communem dicit.

107 ¶ Fallit in reali; quia missus in possessionem

ex

ex primo decreto posſidet ante annum reuocabiliter tantum: poſt annum, autem irreuocauiliter Iaſo.in d.l.poſsideri.§.genera nu.20.communem dicit. ſed dictus Fanus ibi dicit, quod ſecundum communem opi.canoniſtarum ante annum eſt detentor: & poſt annum, uerus poſſeſſor: legiſtæ tamen tenent prout Iaſ. dicit communem & Fanus concludit tenendum cum legiſtis ibi in uerb. quod immiſſo.

108 ¶ Fallit ſecũdo, in miſſo in poſſeſsionem ex primo decreto. quando creditor eſt preſens per actionem hypotecariam: cum dicatur actio realis quia poſsidet. Iaſo.in d.§.genera num.24. & Fanus num.8.communem dicunt.

109 ¶ Nota, quod iuſsio de mittendo in poſſeſsionem ex primo decreto, quando creditor eſt preſens per biennium: ſi tamen eſt abſens durat per per quadrienniũ, Anto.de fano.ibi in 3.par.mem. 2.nu.3.communem dicit.

110 ¶ Milites auratæ militiæ, ut ſunt milites noſtri temporis, non gaudent priuilegio l. 1.ff. de iur.& facti igno. Iaſ.in authe.ſi qua mulier.C. de ſacro. ſanc.eccle.nu.7.communem dicit.

111 ¶ Amplia, ad milites cœleſtes. Iaſ.ibi communem dicit.

112 ¶ Milites breui loquè ſubſtituendo perſionis imparibus, probata eius uoluntate, quod etiam poſt aditam hæreditatem haberet locum ſubſtitutio in perſonam pupilli: habebit locum pupillaris directa, per quam pupilli ſuccederent. ſi in perſonam fratris maioris haberet militaris directa. Iaſ.in l.ex teſtamento nu.11.C.de teſta.mili.communem dicit.

Monachus

113 ¶ Monachus retinet iura suorum. Ias. in l. patre furioso num. 47. ff. de his qui. sunt sui, uel alie. iuris communem dicit.

114 ¶ Monachus solutus est a patria potestate. idē Iaso. ibi communem dicit.

115 ¶ Monachus potest prefici in beneficium curatum sine dispensatione. Panor. in cap. quod Dei timorem numer. 7. de statu monac. communem dicit:

116 ¶ Amplia etiam ad presentationem. idem ibi communem dicit.

117 ¶ Monachus effectus canonicus, non potest esse iudex delegatus. Gome. in c. statutum num. 32. de rest. in vj. communem dicit si tamen esset constitutus indignitate iudex delegatus potest esse. Are. in cap. causam de iudi. nu. 17. communem dicit ex glos. in clem. & si principalis de rest.

118 ¶ Monachus fugitiuus magis ęquiparatur filio quam seruo. Iaso. in l. professio. §. seruum nu. 14. ff. de acquir. posse. communem dicit. sed Aret. ibi communem contrariam. sed pro concordia dic ꝙ æquiparatur seruo quo ad effectum acquisitionis. sed in acquisitione æquiparatur filio. Iaso ibi.

119 ¶ Monacho instituto hærede, & repudiante, potest monasterium acceptare. & adire hæreditatem. Iaso. in l. cum proponas, de hęre insti. C. cō munem dicit.

120 ¶ Monasterium habetur loco filij. Ias. in authē. si qua mulier num. 18. C. de sacro. san. eccle. cōmunem dicit.

121 ¶ Amplia istam communem, etiam ut excludat substitutum filio instituto, sub conditione, si decesserit sine filijs. Alexan. consi. 121. uol. 2. nu. 11.

Et

Et plures alij, quos congerit Coua. in suis resolu. li. 1. ca. 19. nu. 11. communem dicunt etiam si sit ad ditum si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus de matrimonio habitis, Caro. molin. in addi. ad Alexan. consi. 121. in uer. contrariam communem dicit ex Deci. consi. 416.

122 ¶ Restringe hanc ampliationem si pater, uel testator excludit monasterium; quia ualet exclusio Caro. ibi cōmunem dicit ex Paul. & Bal. in l. deo nobis. C. de episcopis & cleri.

123 ¶ Monasterium non inducit precisam cohertionem, Feli. in cap. tuæ. de simoni. commune dicit.

124 ¶ Monitio requiritur ad incurrendam pœnam quando aliquid precipitur fieri sine tempore: Et propter non factum pœnam imponet, Præpo. in c. quidam. 5. q. 1. communem dicit.

*§ Concor. l. 12. ti. 9. par. 1.

125 ¶ Mora purgatur in transactione. Iaso. in l. si maior annis numer. 3. C. de transac. communem dicit.

126 ¶ Intellige istam communem quando purgatur per transactionem factam siue ante, siue post litem contestatam ante sententiam. Iaso. ibi communem dicit.

127 ¶ Mora purgatur in omnibus casibus ante sententiam. Ias. in l. pacto. numer. 8. C. de pactis communem dicit.

128 ¶ Nota quod ad inducēdam moram in legatis ad pias causas, in quibus dies certus est. non requiritur interpellatio. tamen ad incurrendam pœnam requiritur monitio. Gozza. consi. 34. num. 6. communem dicit.

129 ¶ Fallit si per constitutionem generalem episcopi

scopi fiat preceptum quod legata pia adimpleant quod tunc dies interpellat ad incurrendam pænā. Idem Gozza.num.8 .ibi communem dicit ex Are. consi.67.& Abbate consi.59.

130 ¶ Nota quod tempus per quod purgatur mora: relinquitur arbitrio iudicis. Deci, consi. 138, nu.7 .communem dicit.

*§ Concor.cum l.13 .ti.11.par.3.

130 ¶ Mors ciuilis,& naturalis solum æquiparatur in casu in quo ex ciuili effectualiter causaretur idē quod & per naturalem. Aret.in l. eam partem.§. insulam.ff.de uerb.oblig.cummunem dicit.

131 ¶ Nota ex hac communi iuncta l.28.ti.4. par.3. quod monachus, seruus, & in perpetuum exulātus effectualiter dicitur mortuus, quod nota. Et uide Guilliel.bened.in rep.c.rainuntius de testamen.in uer.mortuo de hac materia.

132 ¶ Morienti creditur ad suum preiuditium, nō autem ad alterius.Marc.Anto.de inditijs nu.393. communem dicit.

133 ¶ Mulier si de facto ordinetur: non recipit characterē. Mainer. in l.fæminæ de re. iur.ff. nu. 8. communem dicit.

134 ¶ Mulier simpliciter nubendo, non uidetur dare omnia bona sua in dotem. Cur.iuni.consi.168. nu.4.communem dicit.

135 ¶ Mulier pro dote,non prefertur anterioribus creditoribus habentibus hypotecam expressam: Ripa in l.quęsitum nn.7.de pri.credi. nu. 3.ff. Io. Cora. in l. qui liberos nu.118.ff. de ritu nuptiarū communem dicit.

136 ¶ Mulier non potest relinquere bona suis propinquis quorum consensus requiritur in testamē-

275 ¶ Fallit hæc communis in præſcriptione præte rita: quę poteſt renuntiari. Balbus de præſc. in d. q. 6. communem dicit.

276 ¶ Præſcriptio, ſi eſt ſublata per ſtatutum ſimpliciter, uel per priuilegium intelligitur. In realibus de præſcriptione. Decẽ, uel uiginti annorum: in perſonalibus tamen triginta annorum, et ſi ſtatutum poteſt operari in longa: non extenditur ad aliam. Idem Balbus ibi q. 9. cõem dicit.

277 ¶ Nota quòd præſcriptione ſublata per ſtatutum non intelligitur de præſcriptione de cuius initio non eſt memoria in contrarium. Bello. conſ. 8. num. 8. communem dicit.

278 ¶ Nota quòd ſtatutum non poteſt tollere obligationem naturalem, uel ciuilem per quodcunque tempus: & tale ſtatutum non ualet. Balbus in 5. par. 5. par. q. 6. & in 2. par. 3. par. q. 10. nu. & in 14. nu. communem dicit.

279 ¶ præſcriptio legalis inchoata cum defunćto, currit contra minorem. Sed datur reſtitutio exce pta trigenaria: quia cum ſit odioſa: dormit in pupillo. Balbus in 6. par. in princ. in 23. caſu commu nem dicit.

280 ¶ Amplia etiam ſi currit ad corroborationem contraćtus celebratus cum defunćto Balbus ibi communem dicit.

281 ¶ Amplia ſecundo, ad preſcriptionem ſtatua-

riam quia currit contra minorem adultum : licet dormiat contra pupillum. Balbus ibi communem dicit.

282 ¶ Prę︡ſcriptio immemorialis habet locum priuilegij conceſsi a principe ex certa ſcientia. Bello.conſi.55.numer.5.communem dicit intellige data capacitate in preſcribente. Coua.in reſo.li.1.cap.10.num.14.communem dicit.ex Hypo. ſingul.80. Et nota aliud uerbum. Aymon de anti qui.tempo.par.4.num.10.quod in caſibus in quibus caſus uerus æquiparatur ficto in illis appellatione priuilegij, & uenit priuilegium fictum.

283 ¶ Præſcriptio eſt loco ſolemnitatis in alienando rem quando lex non reſiſtit. ſed ſolummodo ponit formam alienationis. Bello.conſi.46.nu.7. communem dicit.

284 ¶ Preſcriptio annuæ præſtationis in legatis in cipit in quolibet anno : in contractibus tamē ſufficit unica præſcriptio. Boe. dec. 336. communem dicit.

285 ¶. Preſcriptionis exceptio per arbitriū admitti tur ſi preſcriptio ſit cum bona fide : ſecus tamen. Balbus in 1.par.q.5.communem dicit.

286 ¶ Præſcriptionis exceptio impedit litis conte ſtationem:ſi opponatur. Boe.dec.344.nu.2.& 8. communem dicit.

287 ¶ Præſentes in hac materia preſcriptionis dicuntur ſi ſiunt laici quando ſunt ſub communi pre ſide ſi autem ſunt clerici : ſi ſunt ſub eodem Archi presbitero præſentes dicuntur. Balbus in 3. par. 4.par.q.4.in fi.communem dicit.

288 ¶ Præſens in iuditio compellitur recipere libellum : etiam ſi adhoc non fuerit citatus : tamen

non

non compellitur respondere nisi plenè instructus, Feli.in cap.1.de iudi.nu.19.communem dicit.

289 ¶ Presidentes ciuitatis non habent mærum imperium: sed tantum minimam iurisditionem. Alci.in cap.quod sedem num.86.de off.ordi. communem dicit.

290 ¶ Præsentati duo ad beneficium, & colligātes si unus moriatur: patroni non possunt præsentare alium. Gome.in regu.cancel.de subrogan. q. 13. communem dicit.

291 ¶ Præsumptio iuris quando est ꝑ aliquo: nō releuat, nisi allegetur. Alcia. in trac. præsum. 21. num.2.communem dicit. De iure regio exceptio si fiat notoria: sufficit quod allegetur, & petatur l.42.in pragma.cap.8.& per dictam l.declaratur l.2.ti.6.li.3.ordi.ex quibus resultat quod si declinatoria iuditij sit notoria. quod non requiritur probatio. & approbatur per d.ll.glo.in cle. appellanti de appel. & dictum. Io.And.in cap.sæpe de appella.quod fallit pro intel.l.14.ti. 2.li. 3. ordi. & l.91. stili.ubi ponuntur casus de quibus potest quis conueniri in domo regia: ex quibus si uidua est notoria: non indiget probatione.ut tenet Cin.in l.2.ff.si quis in ius uocand.non ierit. Et nota unum satis notabile pro ampliatione d. l.14.& 91.quod si quis commisit plura delicta. & inter ea sit unum ex istis comprehensa in d.l.quod curia potest de omnibus cognoscere. Cassane.in consue.burgun.rub.2.§.1.glo.fi.num.26.in fi.quæ etiam faciunt ad intel.opinionis positę in uer. iurisditio num.125.uide quæ ibi habes.

322 ¶ Princeps obligatur per suum contractum & astringit successorem in dignitate. Iaso.consi.10.

uol.3.communem dicit.

*§ Nota istam communem quę facit ad corroborationem l.3.ti.9.li.5.ordi.ubi Rex & Regina inuerunt contractum cum ciuitatibus regni qui ꝙ non possit alienare uillas,aut ciuitates, uel loca, uel bona regni:nisi ex iustissima causa:& cum cõsilio senatorũ magni cõsilij & cõtra factũ est nullũ & Rex potest ꝓpria authoritate reassumere, pro qua l.facit etiam conclusio infra num.214.& quæ ibi habes: de quo per Feli.& Deci.in 2.lectu.nu. 6.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ de consti. & in tantum est uera nostra communis:quod nec de plenitudine potestatis,non potest contrauenire Paul. de castro in l.digna uox de le.C. Et quod Rex nõ possit alienare bona regni l.4.ti.15.par.5.etsi alienat perdit nomen regis l.6. ti.1.par.2.de qua per Io.lupum in rep.ca.col.210.& uide supra in uers. prescribi

292 ¶ Princeps sine causa nõ potęst tollere alicui ea quę sunt iuris naturalis. Curt. iuni. consi. 138. nu.5.communem dicit.

293 ¶ Amplia quod princeps non potest tollere ius suum alicui sine causa. Feli.in cap.quæ ecclesiarũ nu.33.de consti.communem dicit. & Bello.cõs. 2.nu.2.& 3.

294 ¶ Amplia ad feudum quia de illo non potest priuare uassallum sine causa Aymon.de antiqui. tẽ po.par.1.uer.1.nu.17.communem dicit ex Bal.in consi.326.li.1.

295 ¶ Nota quod in his quæ non dependent a libera uoluntate principis,prout sunt contractus, & ubi agitur de priuando aliquem iure quæsito:non potest princeps procedere parte non citata.idem

Aymon.

Aymon.par.1.uer.1.num. 30. communem dicit. ex Socc.consi.16.

296 ¶ Amplia etiam de his de quibus princeps ad libitum disponere non poteſt: non poteſtdiſponere parte non citata. Idem Aymon.num.32.communem dicit ex Bal.consi.326.uol.1.

297 ¶ Amplia ad alienationem faciendam per principem hominibus uillæ uel castri in uictis quod non poteſt facere: quia ipſius conuenit non mutare dominum Curt. iuni. conſil.174.numer.17. communem dicit. quod tamen fallit niſi pro bono pacis. ut per Gome.in.§.item ſeruiana inſtit. de acti.num.43.ubi uide alias limitationes. & ui de Feli.in c.dilecti de maio.& obe.in uer.1 uictis.

* § Concor.cum l.4.ti.15.par.2.nec donare poteſt l.4.ti.27.par.2.& quò ad reddittus regales uide l. 6.ti.28.par.3.& uide Io.de pala.rube. in cap. per ueſtras de dona.inter uir. & uxo. col. 209. §. 48. numer. 41.

298 ¶ Fallit,quia licet princeps non poſsit auferre alicui ius ſuum: poteſt tamen tollere obſtaculum de medio,faciendo de incapace capacem ſine cauſa,legitimando ſpurium.ut ſic ſuccedat in hæreditate Cur.iuni.conſi.157.num.19.& conſi.138.nu. 10.communem dicit non tamen poteſt legitimare adhoc quod ſuccedat in bonis iam acquiſitis p hæredem,non ſolum per aditionem ciuilem: ſed etiam per acquiſitionem iuris gentium. Bello. conſi.2.num.3.communem dicit ex Iaſo.in l. gallus.§.& quid ſic tantum.ff.de lib.& poſthu.

299 ¶ Principi,& de his quæ ex principio ſequuntur: Idem iuditium eſt. Cur.iuni.conſi.154.num. 13.communem dicit.

300 ¶ Primogenita sunt licita . Coua.in reso. in li. 1.c.5.num.5.communem dicit ex Tiraquel.& de primogenitura q.4.nu.13.

301 ¶ Priuilegium concessum a principe habet effectum a tempore scientiæ . Iaso.in l.beneficium. num.46.de consti.prin.ff.communem dicit.

Priuilegium concessum descendentibus masculis, & fęminis non comprehendit nuptas. Io.a Ripa in res.2.li.2.de res.nu.11.communem dicit.

302 ¶ Priuilegium concessum alicui ,, non debet operari reuocationem alterius priuilegij. Iaso.in in l.si rusticus . numer.5 . de testa. mili. communem dicit.

303 ¶ Priuilegium continēs idē quod ius commune, per secundum derogatur etiam de illo non facta mentione.Ripa in cap.1.de res.num.78,communem dicit.

304 ¶ Amplia ad priuilegium insertum in corpore iuris:quia tollitur per aliud non insertum: & de eo mentionem non faciens.Idem ibidem communem dicit.

305 ¶ Amplia secundo,si in secundo priuilegio sit inserta clausula derogatoria,non obstantibus priuilegiis in contrarium facientibus, etiam si de illis opporteret facere mentionem quorum tenores de uerbo ad uerbum uolumus pro insertis haberi:quia per tale priuilegium tolluntur omnia priuilegia contraria. Anani.in consi.56. communem dicit quam intellige ut per Ripam in d. c. 1. de res.num.80.

306 ¶ Priuilegium concessum in his quę reiterationem recipiunt ad illud tollendū,requiruntur triginta anni . Ludo.Gozza.in consi.23 . num.9. dicit

cit magis communem ex quo priuilegiati ut non teneantur ad collectas: perdũt priuilegium, si per triginta annos pacificè collectas soluerunt. Ripa in l.1.de legi.cap.21.nu.11.communem dicit.

307 ¶ Priuilegium concessum habenti duodecim filios, durat etiam mortuis filijs. Alci. de presum. re.1.presum.36.communem dicit

308 ¶ Priuilegijs concessis militibus armatæ militiæ gaudent milites legalis militiæ. Iaso.in l.miles de sententia & re.iud. nu.9.ff. communem dicit.

309 ¶ Probatio incumbit dicenti pauperem, aut diuitem. Alci.de presum.re.2.presum.27.num.4. communem dicit de qua uide Coua. in reso.li. 2. cap.62.

310 ¶ Probatio uitiatur si uariatio circa confinia generet incertitudinem. Cur.iuni.consi.93.nu. 13.communem dicit.

311 ¶ Probatio negatiua non solutionis potest fieri per explorationem librorum omnium. Cur. iuni.consi.106.num.10.communem dicit.

312 ¶ Probatio quæ dicatur in continenti relinquitur arbitrio iudicis. Prepo.in cap.quod resti tu.3.q.1.communem dicit.

313 ¶ Probationum materia relinquitur arbitrio iudicis. Cur.iuni.consi.166.num.1.& in con.106. & in consi.178.nu.1.communem dicit ubi dicit quod cum sit arbitraria: potest etiam testi plenè deponenti non adhibere fidem. & Deci.in c.3.de proba.& est l.28.ti.16.par.3.

314 ¶ Probare tenetur qui habet præsumptionem iuris contra se. Gigas de pensio.q.9.in fin.communem dicit.

315 ¶ Probare tenetur allegans factum, meliori

modo quo poteſt: ad aliquid obtinendum, uel ad fundandam propriam intentionem, Coua. in reſo li.2.cap.6.num.5.communem dicit ex Bart. in l.in illa.ff.de uerb.obli. & uide in uer.uitam & in uerbo.negatiua.

316 ¶ Proceſſus factus coram duobus iudicibus de una re,ualet. Io.a Ripa in cap.cum.m.de conſti. nu.99.communem dicit.

317 ¶ Fallit in ſententia,quæ ſi data ſit contra aliã: non ualet ſecunda niſi ſecunda data ſit pendente appellatione ſuper prima: quia ualet ſecunda. & poterit excipi coram iudice appellationis de ſecunda: & inde uentilabitur quæ illarum iuſtior ſit,idem ibi nu.200.communem dicit.

318 ¶ Nota quod licet reus poterit comparere coram iudice quem maluerit: ſi in uno tempore citatur coram diuerſis: & ille erit iudex competẽs, ſed tamen ſi procurat citationem,nihil ei prodeſt Io.a Ripa ibi communem dicit.

319 ¶ Proceſſus factus,coram perſona in habili p l.uel ſtatutum eſt ipſo iure nullus. Petr. Rauen. in alpha.aure.in uer.lex communem dicit. & ſic proceſſus factus coram minore procuratore alterius eſt ipſo iure nullus. etſi a parte non opponatur,Fran.in cap.qui generaliter.§.licet de procu. in 6.communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.5.ti.5.par.3.

320 ¶ Procurator fiſci ſi aliquid uendat:non poteſt habere fidem de pretio.Iaſo.in l.quæ acta.ff.de of fi.procur.aſſeſ.enu.18.communem dicit

321 ¶ Procurator generalis non poteſt facere actũ per quem dominus cadat in pænam,Cur.iuni.cõſ. 149.num.9.communem dicit.

322 ¶ Procurator ad resignandum ex causa permu tationis etiam cum iuramento, potest reuocari, Boe.dec.207.num.2.communem dicit.

323 ¶ Procurator non tenetur appellationem pro sequi a sententia diffinitiua: secus ab interlocuto ria, nisi aliàs interlocutoria esset tractanda in lo- co remoto. Iaso.in l.inuictus nu.4.C. de procur. communem dicit uide in uerb.aduocatus.

324 ¶ Procurator actoris cum reus non potest sta- tim actorem reconuenire: tenetur satisdare de defendendo dominum in futurum. Ias.in l.actio- nem. num.7.C.de procura.communem dicit.

325 ¶ Procurator datus ad exigendum, potest reci pere solutionem a sponte soluēte.Raue.in alpha. aure, in uerb.procurator in fi. magis communem dicit.

326 ¶ Procurator uerè contumax licet non admit- tatur ad appellandum, non præiudicat domino quin possit appellare, Iunior.in l. 1.§. si procura- tor.ff.siquis ius dicen. non obtempe. numer. 12. communem dicit ex Bar.ibi.

*§ Nota istam communem ad limitationem l.

327 ¶ Procurator si mittatur ut compareat, & non comparet: dominus dicitur contumax.Iunior in d.§.1.si procurator num.2.communem dicit. ex Bart.ibi.

328 ¶ Procurator specialis requiritur ad petendū restitutionem in integrum post quam sententia transiuit in rem iudicatam. Panor. in cap. suscita de resti.in inte. num. 5.communem dicit.

329 ¶ Procurator constitutus a domino & sibi non constito de mandato, gesta per eum tanquam per falsum procuratorem, non ualent. Alexan.in l.li-

cet

cet de procu.C.num.1.& Balbus dec.348.num.7. communem dicit ubi d.Balbus limitat in benefitialibus.

330 ¶ Procurator si sit constitutus ad talem, uel talem actum: & postea sequatur clausula quod promittit habere omnia rata gesta per procuratorẽ illa uerba generalia ponuntur ex superabũdanti, Iaso.in l.quæ acta nu.21. de offi. procons.ff. communem dicit.

331 ¶ Procuratoris mandatum potest probari per testes. Balbus deci.190. Boe.dec.281.nu.1. Ias. de procura.C.in l.si cautio numer.7.communem dicunt.

332 ¶ Procuratorium si dicat quod cõstituens promisit ratum quidquid legitimè factum sit: est nullum, Iaso.in d.l.quæ acta uumer.23.communem dicit.

333 ¶ Procuratorium si habet clausulam quod,procurator posśit facere omnia ea quæ posśit dominus,si fuisset præsens:censetur habere mandatum cui libera. Iaso.in l.quæ acta.num.22.de offi.pro cons.ff.communem dicit.

334 ¶ Procuratorium debet probari plenè.Iaso.in l.cautio.de procu.C.communem dicit.

335 ¶ Procuratorium exẽplatum manu ipsius notarij qui ipsum confecit: facit fidem: non tamen alterius, etiam si notarius dicat in instrumento donationis, uel alerius contractus quod Petrus nomine Petri,& de eius mãdato quod ipse uidit: non creditur nisi totus tenor sit insertus de uerbo ad uerbum authoritare iudicis, Boe.dec.281.nu.3.communem dicit.

336 ¶ Nota quod si totus tenor instrumẽti in actis iudiciarijs

iudiciarijs inferatur creditur & facit fidem cau.2. de.281.num.9.communem dicit.

337 ¶ Amplia, si de mandato iudicis in extraiudicialibus inferatur. si totus tenor inferatur in alio instrumento publico Boe.ibi numer. 23.communem dicit.

338 ¶ Amplia secundo, si per notarium sit insertus totus tenor in alio instrumento de consensu partium facit fidem. Boe.ibi nu.23.cõmunem dicit.

339 ¶ Possessio probatur, probatis extremis, quia media præsumuntur probatis extremis.glos.in c. nolumus 16.q.4.Segu.in.§.fi.l.3.nu.16.ff.de li.& posthu.communem dicit.

340 ¶ Professio minoris, ante legitimam ætatem facta iuxta cap.1.de regu.iur.in 6.est ipso iure nulla etiam si ipse minor sit discretus glo.in d.c.1.quã Coua.in epi.4.cap.2.nu.1.communem dicit.

341 ¶ Profitens sub conditione, ut possit bona retinere: uitiatur professio. Barba.consi.3.uol.1. communem dicit. ut refert Coua.in ep.4.cap.3. num.18.contrariam dicit communem. Iaso.in l. morte de no.ope.nũt.ff.immo quod uitiatur protestatio siue conditio. & Idem Iaso.in authen. ingressi.cap.de sacro.sanc.eccle.nume.30. & 37. ubi uide regulam & tres limit.cũ quibus possunt opiniones concordari.

342 ¶ Prodigus licet æquipararetur furioso in omnibus: non tamen in delictis: Hiero.Cagno. in l.furiosi num.13.ff.de reg.iur.communem dicit.

343 ¶ Prodigus quantocumque notorius, potest contrahere: & alienare antequam interdicatur. Anto.de tremo.in addi.ad bonac.in prac.excepti in rub.qui.mo.suo.no.nu.7.cõmunem dicit contrariam

trariam: immo quod non posſit contrahere, nec adminiſtrare dicit communem Anto.nice.in con cor.gloſ.concor.70. ſed tamen primam affirmat communem Alexan.in l.cum bonis .ff. de uerbo. obli.& Aufre.in addi. ad q.tholoſ. 362. & iſta eſt magis communis ut per Boe.in conſue.bitur.§.8. in fine & cum hac concor.l.5.ti.11.par.5. Et ſecũ dum hanc communem, intellige quam habes in uerbo iuramentum, & ceſſante prodigalitate, ceſſat prohibitio: & abſque ſententia. Io.de Ripa in l.is cum bonis.ff.de uerb.oblig.quam intelli ge quando eſt notorium prodigalitatem ceſſare. Tiraquel.de ceſſante cauſa in uer. interdictionis cauſa num.120. communem dicit ex Bart. Paul. Alexan. Areti.in d.l.in bonis.

344 ¶ Prohemium generale, etiam ſi poſtea ſequã tur uerba ſpecialia: facit ut diſpoſitio cenſeatur generalis. Cur.iuni.con.174.numer.1.& 2. communem dicit.

345 ¶ Prohibito uno, cenſetur prohibitum. omne illud quod ſequitur ex eo ſiue ſit conſequens; ſiue ſit antecedens. Cur.iuni.in l.2. num. 56.ff. de iuriſd.omni.iudic.communem dicit.

346 ¶ Promittens donare, poteſt conueniri. ut do net. Ioan.a Ripa de.dona. li.3. cap. 12. communem dicit.

347 ¶ Promittens ſecuraturum, & acturum: factum alterius non eſt neceſſaria interpellatio, Cur.iuni.conſ.74.numer.6.comunem dicit.

348 ¶ Promittens de contrahendo matrimonium cum una ex filiabus titij, ſi poſtea cognoſcat unã ex illis tranſit in matrimonium promiſsio cum illa. Prepo.in cap.ex litteris el. 2. deſpon. num.6.

& Coua.

& Coua.in epi.4.ca.4.§.1.num.17. & Petrus in summa in uerb.matrimonium el.2.q.11. communem dicunt.

349 ¶ Promittens non mouere quæstionem: non adimplet promissum si mouet etiam ante litem cõtestatam, Gome.in ca.dispendia de rest.li.6. nu.4. communem dicit.

350 ¶ Promittens quod cum duobus equis accommodatis faciat quod habeat tres obligat ad quinque: secus tamen, si dicit & promittit quod habeat tres: non exprimendo nisi unam summam: tunc non fit coaceruatio. Ias.in l.manumissionẽ, nu.15.ff.de iusti.& iur.communem dicit.

351 ¶ Promittens de soluẽdo in quocumque loco: non potest penitere secus si promisit posse conueniri: quia potest penitere iuxta l. si conuenerit. Iaso.siquis in conscribendo num.12. C. de pactis communem dicit.

352 ¶ Promissio omnium bonorum post mortem, non facta mẽtione de presentibus, nec de futuris, ualet.Cur.iuni.consi.15. communem dicit.

353 ¶ Promissio ex causa donationis, facta post mortem. est ualida. idem consi.81. numer.3.communem dicit.

354 ¶ Propositio inepta si non sit necessaria: non uitiat actum, aut libellum. Alber.Brunus in trac. de forma.acti.de potentia & effectu formæ in ulti.effectu. ampli.18.fo.55.col.1.cõmunem dicit.

355 ¶ Prorogare iurisditionem non sui iudicis potest laicus in habentem consimilem iurisditionẽ: ut in habentem mærum, mærũ mixtum mixtum. Panor.in c. cũ sit de for.cõpe.nu.12.cõem dicit.

356 ¶ Fallit, quando in ciuitate est diuisa iurisditio

tio per quarterios: quia homines unius quarterij non possunt prorogare iurisditionem iudicis alterius quarterij. Iaso.in l.si per errorem num.7 ff.de iurisd.omni.iud.communem dicit.

357 ¶ Protestatio est denuntiatio cum testatione facta. Io.a Ripa in cap.cum.m. de consti. nu. 68. de consti.communem dicit.

358 ¶ Protestatio post actum perfectum super dependentibus a sola uoluntate protestantis uitiatur: & ualet actus. idem ibi num.31.communem dicit. Et sic dicit intelligendum esse tex. in l. per seruum.§.1.ff.de usu.per l.sed si de fructu.ff.de usu & habit.

359 ¶ Protestatio facta per emphiteotam in alienatione rei emphiteoticæ, uidelicet sine preiuditio domini,non releuat potestatem Io.a Ripa.ibi nu. 80.communem dicit. Iaso.in.§.morte.ff. de noui.oper.nunt num.77.

360 ¶ Fallit,si in alienatione dicatur domini accedente consensu,aliàs quod alienatio non ualeat. Idem ibi tu non recedas,communem dicit.

361 ¶ Protestatio si precedat actui qui depēdet de sola uoluntate protestantis: non uidetur deserta. Secus tamen, si dependet cum uoluntate tertii, Anto. Gomesi.in l.45.tau.nu.44. communem dicit. ex Barto. in.l.non solum.§. morte.ff. de noui ope.nun.

362 ¶ Protestatio quæ fit quotidie in productione instrumenti.s.quantum pro se.facit,& non in aliis operatur quòd in aliis iudex non posit se fundare. Feli.in ca. imputari de fid.instru. communem dicit.Io.a Rip.in d.c.cum m.nu.39.

363 ¶ Protestatio facta per mulierem cū iuramento

to de non alienando rem dotalem: si postea fiat alienatio: etiam cum iuramento, et ignorante re cipiente alienationem: valet protestatio. Ioan.a Ripa ibi num.81.ver. secundo limitatur, commu nem dicit.

364 ¶ Protestatio non est necessaria:sed utilis metum passo.Hiero.Cagno.in l.in omnibus.ff.de re. iur.nu.13.communem dicit.

365 ¶ Amplia, ad impeditum etiam ex facto iudicis:quia non est necessaria. Idem ibi.nu. 15. com munem dicit.

366 ¶ Protestatio sola non probat metum: sed requiritur probatio metus.Io.a Ripa num.92.communem dicit contrariam. immo quod protestatio sola precedens probet metum: tenet glo.in c. lotarius 32.q.1.& Docto.communiter in cap.1.quod metus causa. sed pro concordia dic aut actus dependet a uoluntate solius protestãtis: & tunc pro testatio precedens probat metum: ut tenet Bart. & Docto. communiter in l. qui aliena.§.fi.ff. de acquir.hære.aut actus dependet a uoluntate duorum: & tunc si protestatio fiat in ipso actu; parte presente, probat metum; aut ante actum, & non probat.hæc Io.a Ripa.in d. nu.92.

367 ¶ Protestatio contraria presumptioni iuris,& de iure tollit ipsam presumptionem sicut confessio. Idem ibi nu.94. communem dicit.

368 ¶ Fallit in protestatione continente in se turpitudinem: quia tollitur per contrarium actum. sequens.Io.de Ripa nu.95. communem dicit.

369 ¶ Protestatio unius ex contrahentibus matrimonium quod non intendit consentire: eitam si uerba proferat altero nesciente,non ualet matri-

monium

monium.glos.in cap.tua nos despon. quam communem dicit Coua.in epi.4.par.2.q.2. numer. 3. communem dicit.

370 ¶ Protestatio facta per profitentem ut possit bona retinere, uitiatur protestatio. Feli.in cap. cum .m. de consti. & Iaso. in Authen. ingressi. C.de sacro sanc.eccles.ubi est glos. Barba. autē in 1.uol.cons.3.communem dicit contrariam:quem refert Coua.in epi.4.cap.3.2.par. num. 18. communem dicit & nullam elegit,mihi autem uidetur primam esse magis communem. ut.euidenter patet per Docto.in Authen.ingressi. in d. cap. cum m.& docto.in l.non solum .§.morte de noui. ope. nunt.ff.præcipuè per Iaso.in nu.20.

371 ¶ Protestatio respondentis libello & dicentis quod non facit animo contestandi: operatur quod secundum alium intellectum interpretetur: utputa animo informandi iudicem: & non cōtestandi. Ripa in d.c.cum m.nu.97.communem dicit.

372 ¶ Amplia,in protestatione rei opponentis in iuditio cum protestatione quod non intendit in iudicem consentire:quod operatur etiam si deducat alias exceptiones: quod non uideatur prorogare iurisditionem. Idem ibi numer. 99.communem dicit.

373 ¶ Nota quod protestans ut in communi precedenti est dictum; poterit per iudicem, tanquam contumax puniri. Io.a Ripa in d.cap.cum.m.nu. 99.communem dicit. quam intelligit:si solum stetit in iuribus protestationis:secus tamen, si salua protestatione respondit petitioni.

374 ¶ Protestatio facta in contractu dicens quod protestetur quod non vult consentire uitiatur contra-

contractus.Deci.in d.cap.cum .m.de consti.num. 23.communem dicit uel etiam si in protestatione addat,nisi & quatenus de iure citatur :quia tunc. ex toto extinguit iurisditionem iudicis.Ias.in d.l. §.morte.ff.de no.ope.nũt.nu.46.communẽ dicit.

375 ¶ Protestatio interueniens non extenditur ad actum factum ex interuallo. Ripa in d.ca.cum.m. num.101.communem dicit.Iaso.in d.§. morte .ff. de no.ope.nunt.nu.13.

376 ¶ Intellige in actibus dependentibus ex uolun tate aliorum;si protestatio non recipit futurum factum . aliàs secus . Iaso.in l.acta nouissima nu. 14.C.de pactis communem dicit.

377 ¶ Protestatio declaratoria animi per quam ne mo grauatur, non requirit presentiam alicuius, dummodo fiat taliter quod posit de protestatione apparere.Io.de Ripa in d.cap.cum m.nu. 106. per l. idcirco .C. de codici. communem dicit.

Expressus consensus protestanti licet requirat adhoc.quo ei preiudicet regulariter.sed in casu.l. fi. §. item si predixerit.ff. nau. caup.stabul. sufficit tacitus. Ripa ibi num.123.communem dicit.

378 ¶ Amplia primam cõclusionem istius communis ad matrimonium, in quo protestatio quæ fit contra substantiam matrimonij,tacenti non preiudicat nec uidetur consentire. Ripa nume. 127. communem dicit quem uide.

379 ¶ Protestatio domini recipientis pensionem temporis futuri.saluo iure expulsionis:si emphiteota tacet: nihil ualet,cum protestatio sit contraria facto . Io.a Ripa in d.cap.cum.m.nu.130.uer. totius casus est,communem dicit quam intelligit: quod durante tempore solutionis receptæ nõ potest

test emphiteotam expellere:secus tamen postea.

380 ¶ Protestatio inhibitoriè ne fiat: illud ad quod tenetur,non est parandum nisi ueritas causę ostendatur per instrumentum,quod non requiritur, si protestatio fit authoritate iudicis : quia ei est parendum,Ripa ibi nu.153.communem dicit.

381 ¶ Protestatio potest fieri ubicumque, etiam in ecclesia Ripa nu.144.communem dicit.

382 ¶ Proxeneta nō est tęstis integer:nisi utraque parte consentiente. Cur.iuni.con.112.numer.8. communem dicit.

*§ Concor.cum l.36.ti.16.par.3.

383 ¶ Proximitas solum attenditur in fideicommissariasubstitutione. Alexan.consi.305.uol.6.Ioa. duran.in arte testan.ti.5.cau.21.communē dicit.

384 ¶ Prouisio ordinaria generalis legis non tollitur per prouisionem specialem hominis, Bello. consi.22.nu.3.communem dicit ex glos.in l. 2.C. de iure emphi.& Iaso.num.176.& 177. & Deci. in l.creditor.ff.si cert.petat.secus tamen, si sit extraordinaria:quia tunc cessatur per prouisionem hominis,Bello.ibi nu.5.communem dicit exemplum, in primo casu,quia si in locatione per hominem sit prouisum circa non faciendā diminutionem pensionis propter casum fortuitum : non tamen cessat generalis dispositio circa interesse locationis.

385 ¶ Pluralitas resoluitur in suas singulares in materia substitutionum, Cur.iuni. consi.128. nu. 6. communem dicit.

386 ¶ Pubes maior factus potest testificari de his quæ uidit ante pubertatem. Hiero. Cagno. in l. fœminas.§.fi.nu.23.ff.de re.iur. communem dicit

& Coua.

& Coua.in reg.possessor.§.3.par.2.num.8.ex Feli.in ca.ultimo de sen.exco.concor.cum l.9.ti.16.par.3.Adde glo.in uerbo impubes.§.testes autem instit.de testam.ordi.

387 ¶ Pubertati proximus dicitur uir.qui est decē annorum cum dimidio : foemina autem nouenis cum dimidio .Iaso.in l.properandum.C.de iudi. §.etsi quidem num.1.communem dicit.

* § Et hanc ætatem l.8.ti.81.par.7. exprimit:adhoc quod si committens delictum,sit minor istius ætatis:non debet puniri.

388 ¶ Publicatio in causa potest fieri ab alio iudice succedente in offitium primi iudicis.& non ab alio,Ripa in l.apud num.32.C.de æden.communem dicit.

389 ¶ Publiciana requirit possesionem uacuam sicut & usu capio . Prepo.in ca.reintegranda .3.q.1.communem dicit.

390 ¶ Puella cui pater asignauit certum quid, & precepit ut cum illo esset contenta : potest petere supplementum legitimæ. Boe.dec.3. num.10. communem dicit.

391 ¶ Pupillus ex propria significatione uocabuli, non dicitur decedere intestatus : secus tamen, ex communi usu loquendi. Boe. in consue. bitu. in rub.des costumes concernens les testamens.§. 4. communem dicit ex Bar. consi.138.

392 ¶ Purgatio moræ non admittitur in casu legis siquis maior.C.de transacta. Deci.consi.453.nu.12.communem dicit

Q

1 QValitas quādo est fundamentum intentionis: non solum sufficit probare intentionem: sed etiam qualitas est probanda, Cur. iuni.consi.124.nu.11.communem dicit.

2 ¶ Quarta quæ debetur arrogatis: non est aucta usque ad trientem, quæ debetur legitimis, & naturalibus. Iaso.in l. si arrogator nu. 52.ff. de adopt. communem dicit.

3 ¶ Quartæ detractio transit ad hæredes. Bal.consi. 282.& 377.uol.3.& Io.duran.in arte testan. ti.5. cau.31.communem dicit.

4 ¶ Quærela inofficiosi testamenti, quando exheredatio est cum causa: est necessaria: licet secus, quando exheredatio est facta sine causa. Iaso. in Authen. ex causa .C. de liber. præte. numer. 18. communem dicit.

R

1 RAtificatio non potest fieri in præiuditium tertij: Curt.iuni.consi.76. num.6.& Deci. consi.247.num.5.communem dicunt.

* § Fallit in emptione rei alienæ facta cum bona fide: si res pereat, potest dominus rei ratificare cum damno emptoris l.54.ti.5. par.6.

2 ¶ Ratificatio debet fieri illo tempore, quo actus principalis debet fieri: & sic tempore habili adhoc quod ualet. Anto.gomez, in l.45.tau. nu. 53. communem dicit ex Alexan.in l. 1.C. qui admit.

3 ¶ Ratio unica statuti habetur pro expressa.Curt. iuni.consi.170.nu.6.communem dicit.

4 ¶ Rationum librum mercator tenetur ædere ad fundandam intetionem actoris. Io.a Ripa in l. 1. C.de ædendo nume.8.communem dicit. Et intel ligit in mercatotibus matriculatis, & iuratis qui dicuntur succedere in locum argentariorum.

5 ¶ Rasura, uel uitium scripturæ circa substantialia instrumenti uitiat instrumentum: in alijs autẽ uitiat solum casum in quo est rasura. Ant. gome. in l.45.tau.num.145.communem dicit. ex glos. in l.fi.C.de ædi.diui.Adri.& Docto.in cap.fraternitatis de hereticis.

6 ¶ Nota quod si rasura,uel cancellatio est correcta per notarium construentem scripturam: non uitiat instrumentum rasura (ut tenet) Bar.in d.l. fi.tamen ista correctio debet esse in dicta scriptura,& sub eius signo:& nõ sufficit quod fiat in margine. Idem Gome.ibi num.146.magis communẽ dicit ex Bal.in l.si unus.C.de testam.

7 ¶ Recidens,ac rescissorium iudicium simul in eo dem libello cumulari possunt. Io.Mau.in trac.de resti.in inte.c.9.communem dicit.

8 ¶ Reconuentio non fit coram iudice delegato electo de consensu partium. Gomezius in cap.di spendia de res.num.33.li.6. communem dicit,

* § Contrarium deciditur per l.20.ti.4.par. 3.

9 ¶ Rector uniuersitatis non potest eligi nisi sit cle ricus, Socc.in cap.1.de for.compe.decla.14. nu. 17.communem dicit.

10 ¶ Recusatio ita suspendit iurisditionem iudicis: sicut appellatio: Anto.de tremo:in addit. ad bonac.in rub.de recusa.in fi.magis cõmunem dicit.

11 ¶ Recusatione proposita,si iudex ex actis ante recusaitonem propositam procedit ad sententiam

diffinitiuam: licet dicatur nulla. iudex recusatio-nis,uel appellationis potest dictam sententiã con confirmare, Philip. Franc.in addit.ad Io.Monachum in cap.iudex de offi.dele.li.6.nu.3.communem dicit ex Imol.& Io.And.in ca.1.de confirm. uti.uel inuti. & Alexand.in consi.67.uol.6.

12 ¶ Reductio ad arbitrium boni uiri in laudo potest peti usque ad triginta annos. Prepo.in cap.a iudicibus,2.q.6.& Balbus de prescr. in 4. par. 4. par.q.33.communem dicunt. Nota tamen uerbum Nunij in alpha.hispano. de le.re.in littera a. in uerbo aluedriadores quod l.fi.ti. 4. par. 3. quæ disponit quod à sententia arbitri est appellandũ in.x.dies habet locũ in arbitris, & no.Salic.in arbitatoribus quod nota: & uide illum.

13 ¶ Reductio ad arbitrium boni uiri,est petenda: uel appellatio est proponẽda coram iudice illius contra quem sentẽtia arbitri,uel arbitratoris. est prolata. Alexand.consi.131. uol.2.quem refert. Coua.in reso.li.2.cap.12.in princ.communem dicit. & hanc cõmunem limitat Panor.in c.Quintauallis.de iur.iurand.quando ex forma statuti. sententia arbitri,uel arbitratoris potest mandari executioni. quæ opi.facit multum ad intel.l. ulti. in ordi.de madrid.& l.8.de anno dec.1539. & in compilatione noua ti.4.li.3.le.1.or.sed tamen cõtra opi.Panor. tenet Paul.in l. 2.C.ubi & apud quem & alij quos refert d.Coua. in d. cap. 12.in. uerbo, primo etenim, quem uide quia ipse contra opin.Panor.se resoluit de iure regio per l.23. ti.4.par.3.est sublata hæc. controuersia: quia disponitur, quod per iudicem ordinarij ubi sententia est prolata: tractetur de reductione .ibi delos

Iuzes

Iuzes del tal lugar.do acacciere. Et ad hoc notat illam l.Nunius de exequen.mand.reg.c.1.nu.17.

14 ¶ Nota quod a sententia iudicis reductionis, uel appellationis non est appellandum. secūdum Bar.in l.2.C.ubi & apud quos.quam magis communem dicit Caro.Moli.in addit.Alexand.consi. 106.uol.3.contrariam: immo quod posit appellari communem dicit Deci.in l.1.ff.de re.iuris.& Philip.Franc.in rub.de reg.iur.li.6.num.17.Et hanc magis communem dicit Alexan. in d. consi. 106.& hanc ultimam dicit ueriorem de iure. Coua. in resolu.li.2.cap.12.numer.5.uersi. primo si authores.

* § De iure regio est approbata hæc ultima: ut possit appellari per l.ulti.in ordi. de madrid. de qua uid.per Coua.in d.c.12.li.2.in resolutio.

15 ¶ Rei uendicatio competit contra ciuiliter possidentem. Io.Cora.in.§.nihil commune nu.27.ff. de acqui.posse.communem dicit.

16 ¶ Amplia etiam contra simplicem detentatorē. Idem ibi nu.30.communem dicit.

17 ¶ Nota quod si rei uendicatio intentatur contra aliquem qui tempore ferendæ sententiæ non possidet: actor pronuntiabitur dominus: & absoluitur reus & uirtute istius declarationis, aufertur.a reo si inueniatur possidere.Iaso.in d.§.nihil commune nu.139.& 140.communem dicit.

18 ¶ Relictum per uxorem filio mariti, non habita mētione patris, nec patriæ potestatis, intelligitur factum intuitu filij, & non patris. Stephanus.Bertran.in l.hac ædicta.C.de secund.nunp.numer.13 communem dicit.

19 ¶ Relictum filiæ si nupserit centum, & si non

 quinqua-

quinquaginta,si ingrediatur in monasterium: habebit centum. Deci.consi.64.Io.duran in arte testan.ti.6.cau.64.Deci.con.419.communem dicit.

20 ¶ Religiosis potest induci durior uita secundũ regulam,& ordinem. Panor.in cap. ad nostram nu.4.de appell.communem dicit. & Deci. nu. 6.

21 ¶ Relegato debet restitutio concedi.Cur. iuni. consi.182.nu.13.communem dicit.

22 ¶ Renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ tempore cautionis, emissæ est nulla,Alexan. in consi.35.uol.1.communem dicit quem refert & idem sentit Coua.in suis reso.cap.4.nu.3.li.1

*§ De iure regio, contrarium est determinatum per l.9.ti.1.par.5.

23 ¶ Renuntiatio omnium casuum per quos reuocatur donatio:non ualet Rube.consi.94. communem dicit.

24 ¶ Renuntiatio reductionis ad arbitrium boni uiri,uel appellationis in compromisso non operatũ contra enormissimam læsionem.Curt.iuni. consi. 79.nu.4.communem dicit.

25 ¶ Renuntiatio facta in iuditio, tollit ius conditionale. Io.a Ripa in l.conditionis. nu.16.C.de pactis communem dicit.

26 ¶ Amplia ad renuntiationem iuratam.Idem ibi nu.17.communem dicit.

27 ¶ Renuntiatio generalis cum iuramento,operatur circa legitimam.Io.de Ripa de le.li.1.c.6.nu. 8.communem dicit.

28 ¶ Amplia ad renuntiationem bonorum paternorum cum iuramento. idem ibi nu. 13. communẽ dicit cõtrariam:dicit communem Boe.dec.3. nu. 7.sed tene primam: quia plures sunt qui tenent

eam

eam . ut per Coua.in releċti.cap. quamuis de pa-ċtis.par.3.§.3.nu.3.

29 ¶ Renuntians beneficium in manibus prelati po teſt pænitere antequãalteri facta ſit collatio Boe. dec.350.num.5.communem dicit.

30 ¶ Repreſaliæ poſſunt concedi contra clericum debitorem.Guido papa deci.34.communẽ dicit.

31 ¶ Res legata non cenſetur hipothecata legatario : ſed ſolum aliæ res teſtatoris . Ange.in.§.1.in ſti.delega.nu.5.communem dicit

32 ¶ Reſcriptum ad beneficium poteſt quis impetrare pro alio abſque mandato. Ripa in cap.ad au res de reſ.nu.35.communem dicit.

33 ¶ Reſcriptum ſecundum non faciens mentionẽ de prima,non eſt ipſo iure nullum, ſed uenit annullandum ope.exceptionis, Panor.in cap.cæterum nu.5.de reſ.communem dicit.

34 ¶ Reſcriptum impetratum ad obſeruantiam iuris communis contra habentem priuilegium concernens merita cauſę:non tenetur facere men tionem . de priuilegio Panor.in cap.cum ordinẽ de reſ.communem dicit.

35 ¶ Reſcriptum ſi dicitur ſubrreptitium : non ſufficit ſolum de ſubrreptione excipere : ſed requiri tur quod excipiens appellet . Panor.in d.cap.cæterum num.9.communem dicit.

36 ¶ Reſcriptum principis nouas,ac inſolitas clauſulas continens, preſumitur falſum : & non uenit exequendum Io.Nico.in addi.ad Alci. in tracta. de preſum.re.2.preſum.3.in fi.communem dicit.

37 ¶ Reſcripti ſola impetratio ad diuerſos iudices ſine uſu; non punitur Gometi. in cap. diſpendia nu.28.de reſ.in 6.communem dicit.

Reſtitu-

38 ¶ Restitutio ex capite ignorantiæ post quadraginta annos infra quadriennium competit ecclesiæ, & pauperibus, reiecta opinione. Alexan. dicentis quod post centum annos: Boe. dec. 39. nu. 7. & Bello. consi. 46. nu. 15. communem dicit.

39 ¶ Restitutio ex capite ignorantiæ, datur contra prescriptionem triginta annorum. Bertran. cōs. 15. uol. 1. nu. 42. & Curt. iuni. consi. 57. numer. 3. & Balbus de pres. in 4. par. 4. par. q. 29. communem dicunt.

40 ¶ Limita, tam in prescriptione quadragenaria, quàm in alia: si restitutio in integrnm petatur pro consequendo lucro. Iaso. in l. posside ri. §. labeo num. 14. de acquir. posse. ff. communem dicit.

41 ¶ Nota primo, quod hoc quadriennium infra quod restitutio est postulanda: incipit currere à tempore læsionis, & impletæ prescriptionis. Balbus de prestri. in 5. par. q. 2. communem dicit.

42 ¶ Nota secundo, quod hoc quadriennium non currit per uitam Prelati alienantis. Idem Balbus. ibi communem dicit. Et de hoc quadriennio uide supra in uerbo absens nu. 2. cum sequentibus.

43 ¶ Restitutio in integrum transmittitur ad hæredem hæredis impeditum ex aliqua causa non adire hereditatem sibi delatam. Rube. 57. nume. 2. communem dicit.

44 ¶ Amplia, ad heredem ab intestato. Io. Mau. de resti. in inte. cap. 288. communem dicit.

45 ¶ Restitutio in integrum per clausulam generalem datur hæredi non soluēti canonem, etiam aduersus prescriptionem quadragenariam. Hiero. Cagno. in reg. qui in alterius. ff. de reg. iur. nu. 6. communem dicit. ubi uide bonam distinctionem

uide

uide in littera.c.nu.70.

46 ¶ Restitutio in integrum ex clausula generali datur contra senium ex scriptura de nouo reperta. Cur.iuni.cons.18.nu.1.communem dicit. quā intellige in reo:non autē in actore. & uide Boe. dec.307.& Iaso. in l. imperatores numer. 6.ff.de re.iudi.

* § Nota istam communem ad ampliationem l.1.ti.26.par.5.

47 ¶ Amplia ad testes de nouo repertos. Iaso.in d.l.imperatores num.10.communem dicit: quam communem intellige in uniuersitate,ecclesia, ac miniore:nam in alijs stat regula in contrarium de qua per Iaso.in d.l.imperatores. ubi ponit regulam, & limitationes.

48 ¶ Restitutio est necessaria: quando petitur sententiam retractari ex eo quod fuit lata ex falsis probationibus:licet sit tutus ex probatione falsitatis: Iaso.in l.diuus Adrianus numer. 8.ff.de re iudi. communem dicit.

49 ¶ Nota primo,quod hæc exceptio, uel actio falsitatis est proponenda infra quadriennium quod datur ad restitutionem in integrum petendam Iaso.ibi nu.30.magis communem dicit.

50 ¶ Nota secundo,quod adhoc quod competat restitutio: sufficit probare falsitatem testium sine eo quod probet corruptelam:nisi petens ad utrũque astringatur probandnm. Iaso. ibi numer. 18. communem dicit.

51 ¶ Amplia,si utrumque ponatur in diuersa oratione:uel quando unum non qualificat alterum. ut si dicatur,actor produxit testes falsos,& corruptos: non tenetur ad utrumque probandum. Iaso. ibi num.

num.22.communem dicit.

52 ¶ Restitutio concessa minori in his quæ sunt indiuidua, & conexa ad consortes extenditur. Ioa. Mau.de resti.in inte.c.185. communem dicit.

*§ De iure regio, licet appellatio unius ex socijs prosit omnibus alijs tamen si sentẽtia retractatur: ex restitutione minoris habentis rem communẽ: non prodest alius l.5.ti.23.par.3.quæ uidetur esse contra nostram communem.

53 ¶ Restitutio in integrum cessat in executionibus pænarum. Mau.cap.152. communem dicit.

54 ¶ Restitutio in integrũ potest delegari indistinctè. Ias.in l.nequicquam nu.82.ff. de offi. procõs. communem dicit.

55 ¶ Restititutio,si alicui est facienda de aliqua re: sufficit quod in bonitate intrinseca, ac substantia non mutata restituatur. Boe.dec.327.numer.11. communem dicit.

56 ¶ Restitutio in una causa concessa circa, eãdem rem non potest restitutio iterum postulari: nec est concedenda. Io.Mau.de resti.in inte.ca. 258. communem dicit.

*§ Nota istam communem ad intel.l.18.in ordi.de madrid.ubi prohibentur minores restitui: secundo ad opponendum, & excipiendum in causa. ꝙ illa prohibitio extenditur ad totam causam, etiã causæ appellationis.

57 ¶ Retractatio actus est pæna. Boe.deci.1.communem dicit.

58 ¶ Retractus rei uenditæ qui datur consanguineo, uel sotio per statutum,uel consuetudinem: est contra ius commune. Tiraquel.de utroque re trac. de retrac.lignagier.§.35. numer.8. commu-

nem

nem dicit.

56 ¶ Reuocatoria non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem habẽtem rem alienatam in fraudem: niſi principalis antea excutiantur. Iaſ. in.§. item ſiquis de acti nu.67.communem dicit.

60 ¶ Limita,ſi notoriè conſtat nulla bona habere alienans. Idem ibi num.68.communem dicit. & ponit alias ſeptem limitationes.

61 ¶ Reus,ſi actor eſt contumax,& nihil probat:abſoluitur diffinitiuè quando tempus eſt aſsignatũ ad probandum,ſi autem nullum tempus eſt aſsignatum abſoluitur ab inſtantia. Iaſo.in l.properãdum.§.etſi quidem numer.15.C.de iudic.communem dicit.

62 ¶ Amplia iſtam communem in tantum eſſe ueram: quod abſolutus reus,quia actor non probauit: amplius de delicto illo nõ põſt accuſari nec p actorem,nec per alium.Coua. in reſo.c.1. li.1.nu.8.communem dicit ex Docto.in l.qui de crimine C.qui de accuſa.

63 ¶ Reus exceptionem ſuam probans dubiè, etiã ſi actor plenè probauerit: eſt abſoluendus quando dubia probatio eſt talis quæ poteſt facere actũ licitum. Iaſo.in l.non ſolum.§. ſciendum num.6. de no.ope.nunc.ff.communem dicit.

64 ¶ Reus debet in expenſis condemnari ſi ſuccumbat:etiam ſi ſententia ſit interlocutoria. Iaſo.in l. properandum.§. ſiue autem numer. 19. communem dicit.

¶ Fallit,niſi iuſtam cauſam habuit litigandi,Hiero.Cagno.in l.in alterius.ff.de re.iur. numer. 25. communem dicit.

*§ Concor.cum l.7.ti.22.par.3.per quam declarat;

l.39.ti.2.& l.8.ti.3.par.ea & l.6.ti.13.li.2.fo.ll.& uide quæ habes in uer.iudex.

¶ Reus conuictus de homicidio, potest se iuuari quod ad suam defensionē facit. Hiero. Cagno. in l.nemo num.4.ff.de re.iur.communem dicit.

65 ¶ Reus inuentus cum aliqua re subtracta; si res esset mansura in loco ubi inuenitur: potest ibi cō ueniri. aliàs ad suum iudicem data satisdatione, remittitur, Boe.dec.218.numer.3.& 4. communem dicit.

*§ Aliter disponitur in l.32.ti.2.par.3. in cau.12. ubi disponitur quod si res mobilis, uel se mouens si alicui petatur: quod ibi respondere debet ubi inuenitur: etsi sit bonæ famæ, subfideiussoribus de iudicio sisti & iudicatum solui res sibi traddatur, alias si sit malæ famæ detinetur cum re; & de re semouenti, est l.5.stili. Et nota dictum aureum Ang.in l.2.ff.ui.bon. rapt.ubi dicit quod possim & propria authoritate roncinum meum qui subtractus est furtiuè: accipere, de quo per Iaso. in consi.20.uol.3.in primo.quam communem habui de facto, & pro ista opinione fuit liberatus Ares comes de pinnero: & uide Pet.Rauen.in alpha. aure.in uer.fur.

66 ¶ Reus opponens se in iuditio, cum clausula, quod per actus quos facit nō uideatur prorogare uirisditionem: non intelligitur prorogare iurisditionem. Io. de Ripa in cap.cum m.num.99. de consti.communem dicit. Et uide in uerbo protestatio nu.277.

67 ¶ Rogatus hæreditatem expendere post mortē in uirgines maritandas, uel in pauperes: non potest illam erogare in uita. Decius in l. cum tempus

pus de re.iu.ff.communem dicit. Contrariam ueriorem & communiorem dixit Hiero. Cagno. in d.l.per totam optimis fundamentis.

68 ¶ Rubrica generalior nigro non restringitur p nigrum specialiter loquens: Immo ex ipsa rubrica generalior potest extendi nigrum. Curt.iuni. consi.107.nu.2.communem dicit.

69 ¶ Rubrica generalior nigro, potest allegari in sua generalitate. Cur.iuni.consi.65.nu.3.communem dicit.

70 ¶ Rusticus adhoc quod possit petere restitutionem contra contractum initum contra ius: deberet saltem consulere duos in iure peritos: & non sufficit unum. Io.Mau.in trac.de resti.in inte.ca. 88.communem dicit.

S

1 SAlarium integrum debetur potestati mortuo ante finitum offitium. Iaso. in l. diem functo numer.38.ff.de offi.assesso.& Iunior.num. 29. communem dicunt.

2 ¶ Amplia, in salario assessoris. Iunior. ibi nu. 37. communem dicit.

3 ¶ Amplia secundo, in salario doctoris legentis. Idem ibi communem dicit.

4 ¶ Amplia tertio, in aduocato. Idem ibi num. 53. communem dicit.

5 ¶ Nota quod si presidens remoueatur propter culpam suam non perdit salarium preteritum, sed futurum. Idem ibi.nu.53.communem dicit.

6 ¶ Salarium aduocati, uel procuratoris pars non petit si gratis offitium exercuerũt, Boe. dec. 210. num.

num.5.communem dicit.

7 ¶ Amplia in aduocato, qui propriam causam prosecutus fuit: quia non repetit salarium: si uincat. Boe.dec.210.nu.3.communem dicit. Et uide supra aduocatus nu.44.

8 ¶ Scientia, & patientia principis non requiritur in prescriptione de cuius initio nō est mæmoria: etiam si prescribatur mȩrum, ac mixtum imperiū. secus, in alia prescriptione, Balbus in tracta. de pres.par.2.par.5.q.3.q.2.communem dicit.

9 ¶ Amplia, etsi prescribantur uectigalia, uel pedagia. Idem Balbus in q.4.communem dicit.

10 ¶ Amplia secundo, etiam ad uectigal, uel pedagium nondum formatum. Idem Balbus in d. q. 4. communem dicit.

Nota quod in hac prescriptione. sufficit offitialis. Idem ibidem communem dicit.

11 ¶ Scriptura habens plura capitula, potest pro parte approbari: & pro parte improbari, Bello. consi.46.num.11.communem dicit.

12 ¶ Scriptura sumpta ex archiuo publico, probat solum inter subditos archiui. Carolus Molin. in consue.parisien.ti.1.de mater.feuda.§.2.num.25. & 26.communem dicit: licet sibi non placeat.

13 ¶ Srciptura campsoris nō probat contra alium: licet contra se sic. Sali.in l.1.num.9.C. de æden. communem dicit.

14 ¶ Scriptura priuata, adhoc quod ualeat: requiritur subscriptio trium testium. Iuxta l. scripturas. C.qui poti.in pigno.habeant: testes autem debēt esse uiri: & nō sufficiūt fæminæ. Aymon.in tra.de antiq.temp.in 1.par.in uerbo propositum nostrū nu.34.communem dicit.

